



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256



Th. 8383.

9. I
20

LOCORVM
COMMVNIVM
RELIGIONIS CHRI-
stianæ Partitiones.

Primum à doctissimo viro Arnoldo
Vvesaliensi, Deinde ab alijs quibus-
dam studiosis, paucissimis qui-
busdam immutatis,
collectæ.

*In usum studiosorum sa-
craarum rerum.*



COLONIAE,
Ad intersignum Monoceroth,
Anno, 1565.

L
CO
RE

Lib

Quæ L
ni



tia:qual
menti sa
fa signa
contrà.

Reru
dicendu
est fruer
bus yte
aliae qua
tur, vt h
bus ver
mur aut

Fru
propter
hęrcere
bilem,

LOCORVM
COMMVNIVM
RELIGIONIS CHRI-
stianæ Partitiones.

Libri primi Caput I.

Quæ Locorum communium Religio-
nis Christianæ Partitio?



Otus Christianæ reli- Aug. li. 1
gionis tractatus præ- c. 3. de
cipue est, aut circa res, doctrin.
aut circa signa quaf-
dam res præ se feren- Christ.

tia: qualia sunt Veteris & Noui Testa-
menti sacramenta: sic tamen, ut & ip-
sa signa res quædam sint, non autem
contrà.

Rerum autem (de quibus primo
dicendum erit) quædam sunt, quibus
est fruendum, ut Deus: quædam, qui-
bus vtendum, ut mundus: & item
aliæ quædam, quæ fruuntur & vtun-
tur, ut homo & angelus: In fruibili-
bus vero voluntas conquiescit: Vti- Idem lib.
mur aut eis, quæ in aliud referimus. 1. cap. 5.

Frui ergo est, amori inhærere rei,
propter seipsum. Vti autē, amori in- Hier. 17.
hærere rei, quæ in rem ordinatur frui
bilem.

A 2 Vnde

LOCORVM COMMVNIVM

Ephes. 2.

Vnde nec homine fruendum est,
nisi in Deo. Nec Deus nos diligendo
nobis fruitur, sed vtitur: aliter tamē
quām nos rebus vtimur. Ipse enim
omnia propter suūpsius diligit boni
tatem.

Virtutibus quoque non fruendū
est: nisi instrumentaliter, scilicet ad
quārendum summum & incommu-
tabile bonum. Primo ergo agendum
erit, de rebus fruilibus, scilicet de
sancta & indiuidua Trinitate.

Caput 2.

De Trinitate quid sentiendum?

Deut. 6.

Vera ac pia fide tenendum est,
quod Trinitas vnuis est, & so-
lus verus Deus. Vnde & om-
nes catholici doctores hoc secundū
scripturas sanctas docere studuerūt,
scilicet quod pater & filius & spiri-
tus sanctus sunt vnius substantiæ, &
sunt vnuis Deus inseparabili æquali-
tate: & tamen pater non est filius, nec
spiritus sanctus, nec contrà, sed om-
nes tres personæ sunt homousiæ, hoc
est, vnius substantiæ. Vnde nō est ali-
ud pater, & aliud filius, & aliud spi-
ritus sanctus, scilicet in essentia, sed
alius s. in persona.

Genes. 1.

Esaiæ 6.

Ioan. 1. O

5.

Hanc autem fidem primo astrue-
re ex

V M
lum est,
ligendo
er tamē
se enim
git boni

Fruendū
ilicet ad
ommu-
gendum
ilicet de
e.

dum?
dum est,
est, & so-
e & om-
secundū
aduerūt,
& spiri-
antæ, &
æquali-
lius, nec
sed om-
usæ, hoc
ō est ali-
ind spi-
ntia, sed
astrue-
re ex

L I B E R L
re ex scripturis, & postea rationibus
catholicis, & exemplis contra adver-
sarios veritatis defendere oportet.

Caput 3.

Potest'ne aliquo pacto ex creatu-
ris creator cognosci?

Essentia diuinæ vnitas & perso-
narum trinitas, ex creaturis Rom. I.
aliquo modo inuestigari po-
tent, de quo & philosophi aliqua cog-
nouerunt, & vnitas quidem Dei cog-
noscitur ex opere quod est mundus,
quod ostendit Dei potentiam ex eo,
quod omnes creaturæ sunt mutabi-
les. Is vero, à quo hæ sunt, est immu-
tabilis: & ex eo, quod omnia bona & Gen. I.
meliora ab eo procedunt, vt ab opti-
mo, & vt à pulcherrimo omnia pul-
chra.

Trinitas etiam personarū in crea-
turis inuestigari potest aliquo mo-
do per id, quod in se ostendunt vnitæ
tem, speciem, & ordinem, quæ perso-
nis appropriantur.

Expressius autem Trinitatis im-
age deprehenditur in mente humana,
quo ad illa tria, quæ sunt intellectus,
memoria, & voluntas: vel mens, no-
titia, & amor,

A 3 Verun-

LOCORVM COMMVNIVM

*Aug. lib.
10. de Tri
nj. c. 3.* Veruntamen & in his oportetis
dem suffragari: & imagines illæ mul-
tum imperfectè diuinam repre-
sentant Trinitatem.

Gigni

Caput 4.
Concedendum' ne est, quod se Deus
genuerit?

*Aug. li.
cap. I.* Illa quidem vera est & conceden-
da. Deus genuit Deum: Non au-
tem illa, Deus genuit se Deum,
vel alium Deum. Ex ea enim sequere-
Aug. ad mam, sed quod genuerit filium, aut
Max. epi. alium in persona.

66. Illa ergo, Deus pater genuit Deū,
qui non est Deus pater, id est, filium,
qui non est pater, qui Deus est, vera
est, cum solam alteram significet per-
sonam. Si vero exponatur, qui nō est
idem Deus, cum Deo patre, falsa est,
quia in ea diuersa notatur essentia.

1. Tim. 6. Tres igitur personæ sunt, vna dei-
tas. Et vnuus Deus est, tres personæ. Et
vnuus Deus ipsa trinitas. Et vna sub-
stantia, tres personæ. Et contrà, Tri-
nitas est vnuus Deus, & tres personæ
dicuntur esse vna essentia.

Caput

E Sse
ne
sur
essentian
um: dum
essentian
eset esse
sum, vel
eo genitu
conueni
sticus pr
piens, sa
cispere

Licet
tia, non
essentian
id est, ge
sentialit

Quod
tiam filii
ligendur
est de pa
Quod au
cunt par
substant
gendum

Caput 5.

Gignit' ne, aut genita est diuina
essentia?

Essentia in diuinis nec generat, *Aug.lib.*
nec generatur. Hinc negandæ *5.c.6.de*
sunt ille, Pater genuit diuinam *Trinit.*
essentiam: diuina essentia genuit fili-
um: diuina essentia genuit diuinam
essentiam. Alioquin vel essentia non
esset essentia: vel idem generaret seip-
sum, vel haberet esse, per id quod ab
eo genitum esset: quæ omnia sunt in-
conuenientia. Vnde & à simili Augu- *Lib.7.de*
stinus probat, quod pater non est sa- *Trin.c.10*
piens, sapientia genita, cùm idem sit
sapere & esse. *Matt.22.*

Licet autem filius sit diuina essen- *1.Ioan.5.*
tia, non tamen per hoc pater genuit *Hilar.lib.*
essentiam, sed genuit hoc quod ipse, *12.de Tri.*
id est, genuit filium, qui est idem es-
sentialiter cum eo.

Quod autem autores dicunt essen-
tiam filij, esse de essentia patris: intel-
ligendum est, filius qui est essentia,
est de patre, qui est eadem essentia.
Quod autem autoritates quædam di-
cunt patrem genuisse filium, de sua
substantia & non de nihilo, intelli-
gendum est: id est, genuit filium, qui
A + est

LOCORVM COMMVNIVM
est eiusdem naturæ cum eo.

Caput 6.

Voluntate an necessitate genuit
pater filium?

Ephes. 5.
Eccle. 1.

Pater in diuinis filium genuit,
non necessitate, cùm in Deum
nulla cadat coactio:nec volun-

tate,cū in eum nulla cadat mutatio.

Quamuis autem in Deo idem sint
realiter natura & voluntas:quia ta-
men ratione seu connotatu differunt,
nihil obstat aliquid posse conuenire
naturæ,quod non conuenit voluntati.
Hinc nec inconueniens est dicere si
filium esse natura filium,non voluntate.
Et est simile de voluntate Dei &
eius scientia, quæ se ad plura exten-
dit,quam voluntas.

Dicitur tamē Deus volens genuis-
se filium,sicut & sapiens & potens ip-
sum genuit, sed non voluntate præ-
cedente,vel accedente, quasi prius vo-
luerit,& postea genuerit,vel contraria-
ut hæretici oppugnabant.

Caput 7.

Potuit'ne Pater,uel uoluit gig-
nere filium?

Ad

L I B E R I.

AD hoc quod quæritur, an Pa-
ter potuerit, aut etiam volue-
rit generare filium: affirmati-
væ respondendum est.

Aug. lib.

3.c.12.ad

Maxim.

Nec ex hoc sequitur patrem ali-
quid posse, aut velle, quod filius non
possit, aut non velit: quia ibi posse &
velle generare, nō est aliquid, sed ad
aliquid. Hinc quod filius non potest,
nec vult generare, non arguit in eo
impotentiam, cum eiusdem sit poten-
tiæ cū patre, sed pertinet ad proprie-
tatem suæ personæ, cuius est posse, &
velle nasci, quod quidem in eo est ea-
dem potentia, quæ in patre est poten-
tia, qua potest & vult generare, sicut
& in utrisq; est eadem sapientia & na-
tura.

Aug. lib.

I. de Tri-

cap. I.

In filio ergo non est potentia gene-
randi, si ad proprietatem referatur
intelligentia: utique tamen, si ad na-
turam. Tunc enim idem sunt, posse
generare, & posse generari.

Caput 8.

*Est' ne solus Deus uerè immutabi-
lis ac simplex?*

Aug. li. 5

de Trini-

capit. 8.

Hieroni-

10.2. ad

Dama-

nec sume-

Solus Deus seu diuina natura ve-
rè est immutabilis, ac simplicif-
sima; Elias enim esse est eternum,

A 5 nec sume-

LOCORVM COMMVNIVM
nec præteritū nec futurū agnoscens.

Hila.li.2.
de Trini.
¶ Tim.6.

Est autem immutabilis, quia est ipsum suum esse, quod impossibile est aliter se habere, quam habet. Non enim verissima esset, si mutari posset. Nec aliqua sunt in eo accidentia, secundum quæ mutetur: neque per loca vel tempora, vel affectiones variatur, ut sit in creaturis.

Simplicissima vero' est, & sine omni compositione, vel multiplicatiōe: & sic verē & propriè simplex, cū in ea nulla sit partium vel accidentium vel formarum diuersitas.

Vnde nec alicui prædicamentorū subiicitur, nec propriè substantia appellatur.

Aug.lib.
15.c.17.
de Trini.

Neq; vero' simplicitati ipsius, nominum multiplicitas de ipsa dictorum repugnat, quæ. s. omnia vnum significat: neq; ipsa excludit personarum trinitatē, quia singulē deus sunt

Caput 9. Quæ trium personarum in diuinitate distinctio?

Aug.de
fide, cap.
1. Q 4.

VNUS deus, sunt tres diuinæ personæ, & sunt idem in natura, distinctæ tamen in personalitate, Hinc quamvis filius alius sit à patre,

M
cens.
st ip-
ile est
ione-
osset.
a, se-
er lo-
varia

ne om
atiōe:
im in
ntium
ntorū
tia ap

s, no-
dicto-
vnum
sona-
s sunt

nitate

ne per
tura,
onalis
s sit à
patre,

L I B E R I

patre, cū sit ab eo genitus: non tamen
fuit pater antequam filius, cūm diui-
næ personæ sint inuicem coæternæ.

Nec rectè colligebat Arrius filiū, *Aug. lib.*
quia natus est, & habet principium *i. de fide*
idcirco non esse æternum. Etenim æ-
ternus pater, æternum genuit filium. *ad Grat.*
Alioquin & pater aliquando fuisset *Au. li. de*
sine filio, & sapientia: quod est absurdum. *Trin. c. i.*
dum.

Est autem illa æterna generatio. *Esa. 53. b.*
iuxta prophetam, ineffabilis. Vnde *Ori. 2. ho.*
nec presumi debet à quoquam, quod *Aug. lib.*
eam plenè assequatur.

Ad exprimendam vero æternita- *83. q. 3.*
tē filiū, melius dicitur semper natus, *Hil. lib. 7.*
quam semper nasci: quamuis & illud de *Trin.*
à quibusdam dicatur.

Caput 10.

Cur Spiritus sanctus peculiariter cha-
ritas appellatus?

SPIRITVS sanctus est amor si-
ue charitas, seu dilectio patris, *Aug. lib.*
& filiū, qua scilicet se inuicem dī *15. cap. 17.*
ligant: Vnde & per modum volunta- *de Trini-*
tatis procedit.

Quamuis autem accipiendo no-
men charitatis essentialiter, quilibet
divinarum personarum sit charitas,

A 6 &

LOCORVM COMMVNIVM
¶ omnes sint vna charitas, sicut & vna sapientia : tamen spiritus sanctus solus est charitas procedens, sicut filius solus sapientia genita.

Ioan. I.
Luc. 2. ¶
7.

Est autem haec charitas substantia, & Deus. Vnde æqualis patri & filio est spiritus sanctus.

Quamvis etiam hoc nomen, spiritus sanctus, omnibus conueniat personis: nam & pater spiritus est, & sanctus, sic etiam filius: conuenienter tandem tertia persona eo nominatur, quod ab alijs duabus habeat originem.

Aug. lib. 15. cap. 16. de Trini. **Caput II.**
Procedit' ne Spiritus sanctus à patre simul et filio?

Ioan. 14.

Ecundum sacræ scripturæ veritatem, agnoscendum est spiritū sanctum ut à patre, ita & à filio procedere.

Nec hoc est contra id, quod in cōcilij determinatum est, ut Græci aliquando contenderunt, quum dicerent spiritum sanctum à patre tantum procedere.

Multum enim differunt, aliud docere, & fusiùs quippiam explicare: id quod in hoc argumento à Latinis factum est.

At quid

L I B E R I.

At quum & ipsi quoque Græci spiritum sanctum fateantur esse etiam spiritum filij : verbis dissentientes in sententia cum Latinis conueniunt. *Ioan. 15.* *Galat. 4.* *Athē. in*

Quam etiam sententiam quidam maiores eorum satis expressè in scriptis suis posuerunt. *Didymus lib. 2. de*

Caput 12.

Prius ne & plenius procedit Spiritus sanctus à patre quam filio? *spiritu sancto. Cyril. lus epist. ad Nestorū*

A Patre spiritus sanctus nec prius nec posterius processit quam à filio: nec contrà, eo quod ibi nulla in temporis successio vel duratio. *Aug. lib. 15. de Tri.* *cap. 26.*

Vnde nec habet locum quæstio illa, an processerit spiritus sanctus iam nato filio, an adhuc nascituro Nam omnes personæ sunt coæternæ. *Hier. c. 4.* *ad Cyril.* *Ioan. 5.*

Hinc etiam nec maiore perfectio-
ne dignitatis nec plenius à patre pro-
cedit quam à filio sed æquè perfecte. *Aug. li. 5* *de trinit.* *capit. 26.*

Principaliter tamen & propriè à patre mittitur per filium, eo quod pa-
ter à nullo est, filius autem hoc ha-
bet à patre.

Caput 13.

Cur spiritus sanctus nec filius, nec genitus dici potest?

A 7 Quan-

LOCORVM COMMVNIVM

*Aug. lib.
15. c. 25. de
Trini.
Aug. li. 3
c. 14. cont.
Maximi.
Ioan. 15.
G. 20.
Esa. 15.*

QVanquam autem à patre & filio spiritus sanctus procedat: non tamen filius eorum dici potest. Hoc enim absurdissimum est, & à fidelium auribus prorsus alienum. Præterea tamen filius, quām spiritus sanctus à patre procedit, alio tamen atq; alio modo. Nam filius procedit per modum naturæ, & ideo dicitur & genitus & procedens. Sed spiritus sanctus procedit per modum voluntatis: sicut datus, nō autem, vt natus. Recte igitur procedens tantum dicitur, & non natus.

Nec tamen per hoc spiritus sanctus dicidebet ingenitus, sicut nec genitus: vt qui nec pater, nec filius sit.

Caput 14.

Quotuplex est Spiritus sancti processio?

*Aug. lib.
15. c. 27. de
Trini.
Beda lib.
bo. 2. ho-
milia.
Ioan. 20.
Luc. 6.*

GEmina est spiritus sancti processio, æterna scilicet, & temporalis. Quarum priore quidem ineffabiliter à patre & filio sine tempore processit: posteriore vero ex tempore mittitur ad sanctificandum creaturam rationalem. Et hac quoq; processione ab utroq; procedit.

Est aut illa processio seu missio, gratiæ spiritus sancti collatio. Et huc domi-

dominu
post res
insuffla
in die P
duplicet
& proxim
nobis o
Datu
persona
distribu
Vnde
tum cum
tur spir
men vici

Dat

ET
datur, c
gitur: q
se est pe
externa
vna fac

Nam
pturis r
us, licet
sus sit, i
die mit

Patri

L I B E R

dominus discipulis bis dedit: nimirū
post resurrectionem, quando in eos
insufflavit: Rursus post ascensionem
in die Pentecostes Ad significandam *Ioan. 20.*
duplicem dilectionem, Dei nimirum *Ador. 2.*
& proximi, quam spiritus sanctus in
nobis operatur.

Datur autem spiritus sanctus ipse *Aug. lib.*
personaliter, cum suorum donorum *15. cap. 26.*
distributione. *de Trini.*

Vnde nec ab aliqua creatura quā- *Galat. 3.*
tum cunque sancta, (nisi à solo Deo) da-
tur spiritus sanctus, instrumenti ta- *Aug. lib.*
men vicem subire creatura potest. *15. ca. 2. de*
Trini.

Caput 15.

Datur ne & à seipso Spiritus?

Etiam à seipso dat spiritus san- *Esai. 2.*
ctus. Nam ipse Deus est & do-
num. Dat ergo, quia Deus: & *Aug. lib.*
datur, quia donum: itaque seipsum lar *2. ca. 5. de*
gitur: quia opera trinitatis, cuius ip- *Trini.*
se est persona secundum operationē
externam indiuisa sunt. Vnde quod
una facit, & alia facit.

Nam & ipse filius seipsum in scri-
pturis mittere dicitur: Qui ipse fili- *Ioan. 14.*
us, licet semel tantum in carnem mis-
sus sit, in mentes tamen castas quoti-
die mittitur à tota Trinitate.

Patri autem qualiter cunque mundo *Ioan. 8.*
appa-

LOCORVM COMMVNIVM

Aug. lib. appareat, tamen mitti nō conuenit:
2 c. 5. de quia ipse ab alio nō procedit, sed est
Trini. processionis autor & principium.
Aug. lib. Per quod tamen filius & spiritus
4. ca. 21. sanctus minores eo non sunt, sed eius
de trinit.

Caput 16.

Quot modis mittitur Spiritus
sanctus?

Dupliciter spiritus sanctus mis-
sus est, visibiliter scilicet, cū
apparentia alicuius visibilis
signi: & quandoq; cum effectu inte-
riori, sine visibili signo. Sicut & filius
dupliciter missus est, visibiliter, scili-
cet in carne assumpta, & inuisibili-
ter in mentes castas. Fuit ergo visibi-
lis spiritus sancti missio, quēdam ip-
sius apparentia vel manifestatio in
corporali creatura, tanquā in signo.

Neque tamen per hoc, quod mitti-
tur spiritus sanctus, minor est patre
Ioan. 14. qui non mittitur: licet filius secundū
Philip. 2. missionem visibilem, minor dicatur
I.ad Ti. 2 tota trinitate. Filius enim assumpsit
Ioan. 16. humanitatem, non solum ut in ea ap-
pareret, sed etiam ut esset homo: non
autem sic spiritus sanctus, columbā.

Tamen, iuxta Hilarium, pater ma-
ior est

ior est fi-
te genit
nomine
enim &
filio.

Eſt' ne c
dilig

Spiri-
nir
& i
& dona
& filii
Est etiā
Deum &
enim in
ximum
dilectio
enim di

Neq;
tas noſſ
stra. Hæ
ſit iſta,
autem o
charita

Et ha
ctus eſt,
Deus eſt
pſicit, v

M
enit:
dest
m.
ritus
eius
a.

s

smis
t, cū
bilis
inter-
filius
scili-
bili-
isibi-
n ip-
io in
gno,
mitti
o patre
undū
catur
npst
ea ap-
non
mbā.
ma-
or est

L I B E R I.

iore est filio sibi coessentiali autorita- *Lib. 9. de*
te genituræ: tametsi ne hoc quidem *Trinit.*
nomine filius minor dici potest. Vnū
enim & idem esse quod habet, dedit
filio.

Caput 17.

Est' ne charitas qua Deū proximum q̄;
diligimus, ipse Spiritus sanctus?

Sp̄iritus sanctus (qui tertia in tri-
nitate persona existens, à patre *Aug. lib.*
& filio, quin & à seipso mittitur *3.c.7. de*
& donatur fidelibus) est amor patris *Trin.*
& filii, quo se in uicem amant, & nos. *Aug. lib.*
Est etiā amor siue charitas, qua nos *15. cap. 17.*
Deum & proximum diligimus. Ita
enim in nobis est, ut nos deum & pro-
ximum diligere faciat, Hinc q̄ ipsam
dilectionē diligit, deum diligit: Deus
enim dilectio est.

Nec vero Deus sic dicitur chari- *Ioan. 1.*
tas nostra, sicut spes & patientia no-
stra. Hæc enim dicitur, non quod ipse
sit ista, sed quia sunt ab eo. Dicitur
autem charitas nostra, quia ipse est
charitas.

Et hæc charitas, quæ spiritus san- *Aug. lib.*
ctus est, nec proficit nec deficit, quia *5. cap. 1.*
Deus est, sed homo in ea aliquando
proficit, vel deficit: sicut & Deus in no-
bis

LOCORVM COMMVNIVM
bis dicitur magnificari vel exaltari.
Aug.lib.
I.ca.17. de
Trini. Sic etiam dicitur alicui dari, nō qua-
fi locum mutet, sed quia alio modo
in eo esse incipit. Porro quemadmo-
dum credendi sperandiq; actus in no-
bis operatur spiritus sanctus, virtuti-
bus fidei & spei: ita & actum dilectio-
nis charitatis virtute. Cōsentaneum
siquidem est infundi nobis habitua-
le charitatis donum, quo Deum pro-
ximumq; diligimus: sicut & donum
fidei ac spei.

Caput 18.

Eadem' ne ratione Spiritus sanctus do-
num dicitur & donatum?

Aug.lib.
15.cap.19.
de Trini.

Alia ratione spiritus sanctus
donum dicitur, & datum. Nā
esse donum conuenit ipsi ex
æterna sua processione ante omnem
creaturam: atqui datum vel donatū,
ceu temporale quiddam considera-
tur: ab actuali scilicet donatione, fue-
rit licet spiritus sanctus ab æterno
donabilis.

Aug.lib.
5.ca.14 de
Trini.

Neq; vero per hoc filius quoq; do-
num dicitur quamuis & ipse ab æter-
no donabilis fuit, quemadmodū spi-
ritus sanctus: quia non solum proce-
dit ut donabilis, sed etiā ut genitus.

Sicut

Sicut ergo
do à patre
spiritus fi-
do, accipit
Atq; h
piternè d
& filium
donatum
dit, & ad
Sunt' ne

An-
tudine: q
primant
Hinc
vna pers
Nulla
essential
nec part
uarū, n
Nec i
habet, q
ferut, q
sed quia
cem dis
vnus, pa

L I B E R I.

Sicut ergo filius aeternaliter nascent- Aug.lib.
do a patre accipit, quod sit filius : sic 5.ca 15. de
spiritus sanctus aeternaliter proceden- Trini.
do, accipit quod sit spiritus sanctus.

Atq; hinc quidem quatenus sem- Matt.6.
piternè donum est, refertur ad patrem & filium : quatenus vero datum , vel Luc.11.
donatum est, refertur ad eum qui de-
dit, & ad eos quibus datur.

Caput 19.

Sunt'ne magnitudine pares inter se
personæ diuinæ?

AEquales sunt diuinæ personæ, Aug.lib.
nec se inuicem excedunt in a- 7.cap.1.de
ternitate, potentia, vel magni- Trini.
tudine: quę licet vocibus diuersis ex-
primantur, sunt tamen eadē essentia.

Hinc ex illa consubstantialitate
vna persona dicitur esse in alia.

Nulla ergo est in diuinis personis
essentialis diuersitas seu differentia, Aug.de
nec partium integraliū, nec subiecti fide, ca. 1.
uarī, nec materialiū quarumcunq; Hila.5.de

Nec ibi duæ personæ plus aliquid Trini.
habet, quam vna: nec ita numero dif-
ferunt, quasi vna sit quid aliud ab alia:
sed quia inter numerandum a se inui-
cem discernuntur : vt pater dicatur
vnus, pater & filius duo, & cetera.
Hinc

LOCORVM COMMVNIVM

Matt. 19. Hinc vniuersæ tres personæ nō sunt
Aug. lib. maioris deitatis, sicut nec veritatis
8 cap. 1. de & magnitudinis, quām singulæ: nec
Trini. singulæ minoris quām omnes, sed &
qualis sunt deitatis, & eadem deitas.

Quo patet, quo'd etsi Deus trinus
est, nō tamen triplex dici debet: quia
vbi triplicitas, ibi duo plus quām v-
num, & tria plus quām duo.

Caput 20.

Sunt'ne potentia æquales perso-
næ diuinæ?

AEquales sunt etiā diuinæ per-
sonæ potentia: ita vt non ma-
iorem potentiam habeat pa-
ter filio, nec duo vel tres maiorem,
quā vnuus. Quod verbo Christi osten-
ditur: Omnia (inquit) quæ habet pa-
ter, mea sunt: ergo & omnipotentia
vtrique communis est.

Ioan. 16.

Aug. lib.
3. cap. 7.
cōt. Max.

Nam si pater non generasset filiu-
m in potentia sibi æqualem, id certè fa-
ctum foret, aut quia noluisse, aut nō
potuisset: quorū vtruncq; falsum est:
sic enim aut inuidus, aut impotens
probaretur. Nam in rebus humanis
pater filium, qua potest generat sibi
æqualem: imo & meliorem & maio-
rem, si posset. Deo tamen nihil esse po-
test

test mai-
ter filio
Nec in-
ter filiu-
do eandem

Cuius f

V
li, vt si d
quantus
enim n
pprieta
altera e

Quo
persona
essentia
pater es
eiusmo
doxos i
exponer
nis gen-

Quo
pturis c
clusiva,
tamēn f

M
sunt
itatis
: nec
ed a-
eitas.
rinus
quia
m v-

L I B E R T.

test maius, aut melius: Vnde erit pa-
ter filio æqualis.

Nec impedit æqualitatem, quod pa-
ter filium genuerit, quia filius nascē-
do eandem naturam à patre accepit.

Caput 21

Cuius solitudinis nota est dictio So-
lus, adhibita personis
diuinis?

Veræ sunt propositiōes, in qui-
bus dictio exclusua, solus, *Aug. lib.*
ponitur cum vocula persona
li, ut si dixeris. Solus pater tantus est, *6 c. 7. de
trinitate*,
quantus simul illi tres, &c. Per hoc *1. Tim. 6.*
enim non vna persona ab alia, sed *Aug. lib.*
proprietas relativa vnius personæ ab *7. c. 9. de
trini*.
altera excluditur.

Quod si dictio exclusua de voce *Rom. 16.*
personalī dicatur respectu nominis
essentialis: ut solus pater est deus, vel
pater est solus Deus, sicuti generis
eiusmodi propositiones apud Ortho-
doxos inuenientur, commodè erunt
exponendæ. Nobis aut ab hoc sermo-
nis genere omnino est abstinentum.

Quod si etiam vna persona in scri-*Aug. lib.*
pturis exprimatur cum dictione ex-*9 c. 8. de
clusua, alia persona non expressa: ea
tamen semper simul intelligitur pro
pter trini.*

LOCORVM COMMVNIVM
pter mutuam connexionem.

Caput 22.

Quæ nam est uocabulorum uarietas,
quibus utimur loquentes
de Deo?

MUltiplicis differentiæ inueniuntur nomina de Deo dicta. Nam sunt quædam quæ exprimunt proprietates personales, & dicuntur notionalia, ut pater, filius, spiritus sanctus, verbum, donū, generans, &c.

Aug. lib.
5 c. 6. de
Trini.

Quædam vero exprimunt essentiæ unitatem, ut Deus, deitas, sapientia, bonitas, æternitas, & huiusmodi. Quædam autem transsumptiuè de Deo dicuntur, ut lux, splendor, speculum, & substantia.

Idem libr.
3. cap. 8.

Quædam etiam Deo solum ex tempore conueniunt cum relatione quædam externa, ut dominus, creator, redemptor, saluator, & sic de alijs. Quædam vero ex tempore Deo conueniunt, nec relatiuè dicuntur, ut humannatus, incarnatus.

Est & aliud nomen, quod non singularium, sed simul de omnibus personis, secundum quandam intimam relationem dicitur, nimirum trinitas.

Quæ

Quæ
bimemb
quidem
absolut
fentialia
nec de o
cuntur, s
nim dici
tus sanct
modi, se

Nullum i
b

Quæ
ri, except
sona. Q
citur, at
prædicta
omnibus
lariter. V
lius & sp
sonæ, n
Vsurpat
aduersit
quæren
cundum

LIBER I.

Quæ vniuersa reuocari possunt ad bimembrem diuisionem. Omnia si quidem aut dicuntur relatiuè, aut absolute. Quæ absolute dicuntur, es-
sentialia sunt, eaq; nec de singulis, Aug.lib.
nec de omnibus plurali numero di- 7.c.6.de
cuntur, sed singulari tantum. Non e Trini,
nim dicuntur pater & filius, & spi-
ritus sanctus dñ, bonitates, vel huius-
modi, sed unus Deus, bonitas, &c.

Caput 23.

Nullum ne substantiale nomen de tri-
bus personis pluraliter
dicitur

Quod diximus, nomina secun-
dum substantiam de Deo di-
cta singulariter tantum esser-
ri, exceptionē habet in hac voce per-
sona. Quæ quidem substantialiter di-
citur, absolute enim & non relatiuè
prædicatur, & tamen pluraliter de
omnibus simul dicitur, & non singu-
lariter. Vera enim est hæc, pater & fi-
lius & spiritus sanctus sunt tres per-
sonæ, non autem sunt yna persona.
Usurpatū est hoc nomen à patribus
aduersus Arrianos, quibus instanter
quærentibus, quid tres in diuinis se- Hila.7.
cundum scripturas diceremus. Re- Ioan. 4.
sponsum

Ambro.
libro 5.
de fide
capit. 2.

LOCORVM COMMVNIVM
sponsum est, esse tres personas.

Notandum autem, non esse in diuinis vtendum his vocabulis, diuersus, singularis, vnicus, solitarius, per quæ nimis significatur tolli, aut vnitas essentiae, aut pluralitas personarum.

Caput 24.

Qua significatione utimur in rebus
diuinis numerorum uocabulis?

Numeri significationem, quo in rebus diuinis utimur, putant quidam tantum negatiuac accipiendam esse: vt cum dicimus, vnum esse Deum, vel vnum esse patrem, intelligas Deum esse, & patrem esse, sed non plures deos, neq; patres plures.

Genes. I.
Amb. de
fide, lib.
5. cap. 2.

Item dum dicimus tres esse personas, intelligas negari quidem solitudinem, sed non tribui personis positiuè significatam multitudinem. Verum nihil opus est tanta anxietate. Quanquam enim numerus ille, qui inter quantitatis species recensetur, & nascitur ex diuisione quantitatis continuæ, non est ponendus in Deo: tamen alter ille numerus, quo utimur

M
in di-
liuer-
as, per-
i, aut
perso-

rebus

, quo
ir, pu-
egati-
mus,
Te pa-
atrem
patres

perso-
solitu-
posi-
n. Ve-
tate.
e, qui
setur,
titatis
Deo:
o vti-
mum

L I B E R I.
mur in suppitatione rerum spiritua-
lium, in diuinis locū habere potest.

Caput 25.

Quid significatur, dum dicimus duas
tres ue personas?

CVM in Trinitate, sicut tres per-
sonas dicimus, ita tres etiam
essentialias, aut deos nominare
impium sit: Verisimile est nomen per-
sonae primaria significatione non es-
sentiam, sed potius rem intellectua-
lis naturae per se subsistentem, incom-
municabili proprietate distinctam
indistincte significare.

Nonnunquam tamen pro nomi-
ne relatio ponitur, proprietatem
in diuinis significante: vti & vocula,
Res. Quo sensu dixit Augustin. Tres
sunt res, quibus fruendum est, pater,
filius, & spiritus sanctus.

Caput 26.

Quæ nam sunt diuinarum persona-
rum proprietates?

Dicturos de diuinarū persona-
rum proprietatibus, in pri-
mis cautos nos esse conuenit
denomine hypostasis, propter hære-
ticorum

Amb. lib.
de fid. ca.
10.

LOCORVM COMMVNIVM
ticorum versutiam, qui eo vteban-
tur pro persona simul & essentia, &
per hoc simplices capiebant: quod
nunc tamen pro persona tantum si-
ne periculo accipitur.

*Aug.lib.
5.cap.5.de
Trini.* Est autem proprietas personalis
patris, generare: Filii, generari: spiri-
tus sancti procedere vel spirari. Quæ
quidem proprietates, relationes que-
dam sunt, quibus personæ inuicem
relatæ distinguuntur, appellanturq;
paternitas, filiatio, & processio. A
quibus & personarum nomina, sci-
licet, pater & filius & spiritus san-
ctus sumuntur.

Neque tamen, quia relatiua sunt,
accidentaliter dicuntur, quia incom-
mutabiliter prædicantur.

Ioan.17. Dicitur autem solus filius in diui-
nis natura ac propriè filius Dei: ho-
mines autem per adoptionem tan-
tum, filii Dei dicuntur. Quo sensu &
Donum esse, proprium est spiritui
sancto, quo & ipse ad alias personas
refertur.

*Aug.lib.
5.c.12.de
Trini.* Quamuis autem in omnes com-
munitet personas, & spiritus & san-
cti conueniat appellatio, tertiae ta-
men personæ appropriatur, cum re-
lationis ad patrem & filium signifi-
catione.

Caput

Sunt ne
propr
à

E Ad
his
zer
ua: Et fili
bus his, fi
siua: Et sp
tus sanct
cedere ab

Signif
tates per
nibus No
(quæ sum
ctus) sign
priates
nibus au
paternita
tur ipsæ
vel actus
generare

Sunt a
priè filio
eius prop
que nō su

Caput 27.

Sunt' ne cædem alicuius personarum
proprietates, quas uariè uidemus
à ueteribus expressas?

Eadem est pátris pprietas, quæ
his significatur nominibus, pa *Ioan. Da-*
uer, paternitas, generatio acti- *mas. lib.*
ua: Et filij, quæ significatur nomini- *6. de ort.*
bus his, filius, filiatio, generatio pas- *fide.*
siua: Et spiritus sancti per hæc, spiri-
tus sanctus, spiratio pasiua, & pro-
cedere ab ytrisqz.

Significantur tamen hæ propriæ. *Aug. lib.*
tates per ista nomina, diuersis ratio- *5. ca. 6. de*
nibus Nominibus enim personarum *Trini.*
(quæ sunt, pater, filius, spiritus san-
ctus) significantur non tantum pro-
prietates, sed etiam hypostases: nomi-
nibus autem proprietatum, vt sunt,
paternitas, & filiatio, &c. signifi-
cantur ipsæ proprietates secundum se,
vel actus ipsarum proprietatum, vt
generare, nasci vel generari.

Sunt autem & nomina, quæ pro-
prietate filio conueniunt, & personalem
eius proprietatem præcisè exprimunt:
que nō substancialiter, sed respectiue,

B 2 de eo,

LOCORVM COMMVNIVM

*Aug.lib.
5.ca.2.de
Trini,* de eo, respectu patris, dicuntur: quia sunt, genitus, verbum, imago. Dicitur enim genitus genitoris genitus, & sic de alijs.

Essentialia etiam quandoque ponuntur pro personis, ut Deus de Deo, Deus genuit Deum, lumen de lumine, sed non est conuerso. Non enim dicimus, verbum de verbo, vel filius de filio, &c.

Caput 28.

Est' ne ingenitus proprietas personalis?

*Aug.lib.
5.ca.5.de
Trini.* Rater eas proprietates, que supradictae sunt personales, ut est paternitas, & huiusmodi, sunt præterea quædam aliæ de quibus est nomen, Ingenitus, quod de patre dicitur: & tamen aliam, quam hoc nomen paternitas, proprietatem designat. Non enim patriæ rationis est esse ingenitum, cum abscq; hoc aliquis dominicæ esse possit pater.

*Amb.lib.
de incar-
nationis
dominicæ
sacramēt.
c.8 tom.2.
Aug.lib.
9.c.2 de
Trini.* Est autem sensus alius illarū positionum, patrem esse & filium esse (quia hoc idem est: vna enim essentia diuina, qua vterq; est) alius istarum, esse patrem, & esse filium, transpositis, scilicet, vocibus. Nō est enim eadem

eadem pr
& alter si

Notam

go, relati
tunc soli
tem quan
ta trinita
mo dicitu

Quid f

H O

ui m
Conuenit
gulis pers
cipium to
cipium fili
principiū
sanctus au
ræ, & prin
ta trinitas
cipium, &

Quam
sit alterius
est, hoc ta
essentialite

Sunt at
spiritus sa
vna notio
bus dicitu

VM
qua.
o. Di-
geni-
ue po-
Deo,
lumi-
im di-
ius de

L I B E R I,
eadem proprietas, qua ille est pater,
& alter filius.

Notandum quoq; ut nomen, ima-
go, relatiuè quandoque sumatur, &
tunc soli filio conuenit. Sumatur au-
tem quandoque essentialiter pro to-
ta trinitate, ad cuius imaginem ho-
mo dicitur creatus.

Caput 29.

Quid sibi uult nomen principij?

Hoc nomen, principium, in di-
uinis dicitur ad aliquid, &
multiplicem notat relationē: Aug. lib.
de trinit.
cap. 20.
Conuenit enim toti trinitati & sin-
gulis personis. Est namq; pater prin-
cipium totius diuinitatis, quia prin-
cipium filii & spiritus sancti, & sic est
principium sine principio. Spiritus
sanctus autem est principium creatu-
ræ, & principium de utroq;. Estq; to-
ta trinitas totius creature vnu prin-
cipium, & hoc ex tempore. Aug. lib.
5. cap. 14.
de Trinit.

Quamuis autem & vna persona
sit alterius principium, vt iam dictū
est, hoc tamen non est ex tempore &
essentialiter, sed notionaliter.

Sunt autem & vnum principium
spiritus sancti, pater & filius: & hoc Aug. lib.
5. cap. 13.
de Trini.
vna notione, quæ hodiè à doctori-
bus dicitur communis spiratio.

B 3 Caput

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 30.

Quæ nam uoces relatiuæ tempo-
raliter de Deo di-
cuntur?

QVædam sunt relatiua, quæ de
Deo ex tempore dicuntur, ci-
tra ipsius tamē mutationem.
Vnde nec per hoc ei aliquid accidit,
sed rei temporali: qualia sunt, crea-
tor, dominus, refugium, donatum, &
huiusmodi. Tunc enim cepit hoc mo-
do Deus esse creator, quando cepit
esse ipsa creatura, & similiter de alijs.

De tempore tamen dicitur, quod
Deus non cepit esse Dominus tem-
poris in tempore, sed cum tempore,
eo quod tempus in tempore esse non
ceperit.

Est ergo talis relatio realiter so-
lum in creatura, in Deo autem so-
lum eius appellatio, seu secundum ra-
tionem. Fit enim hoc, ut dictum est,
sine ipsius mutatione. Itidem atque
nummus sine mutatione sui fit pre-
cium.

Quo etiam patet, quem ad modū
spiritus sanctus puris mentibus nul-
la demutatione diuina conferatur.

Caput

Ioan. 6.

Quos sen-

Illa
diuin
cunt,
tionis. Ni
sicut nec
æqualita
Aequalit
ud est, qu
narum pa
cundum
Et idem c
mile.

Affir
cundum
vnitas, &
net ad pr
cibilis di
go, specie
litas, ob
tationem
rum nextu
& vsus: q
nia nobis

Quia
sentiam
ad perso

Caput 31.

Quo sensu filius patri dicitur æqualis,
aut similis?

Illa nomina, & quale, & simile, in
diuinis relationem quidem di- Aug.lib.
5.cap. 13.
de Trini.
cunt, sed ea est solum relatio ra-
tionis. Nihil enim est sibi ipsi æquale,
sicut nec simile, & tamen personarū
æqualitas est secundum essentiam.
Æqualitas ergo in diuinis nihil ali-
ud est, quam identitas virtutis diui-
narum personarum: estq; relatio se- Hila.lib.
cundum nomen seu rationis tantum. de syno.
Et idem dicendum est, de hac voce, si cap. 6.
mile.

Affirmatur autem in diuinis se-
cundum appropriationem: de patre
vnitas, & æternitas, quia illa perti-
net ad principium, qui etiam innas-
cibilis dicitur: De filio autem, ima-
go, species, & pulchritudo, & æqua-
litas, ob perfectam patris represen-
tationem: De spiritu sancto, ambo-
rum nexus & charitas, munus quoq;
& vsus: quia per ipsum & ab ipso om-
nia nobis donantur.

Quia vero neutrum genus ad es-
sentiam refertur, masculinum vero
ad personam seu hypostasin: ideo
B + pater,

LOCORVM COMMVNIVM

Aug. lib. 3 ca. II. de Trini. pater, & filius, & spiritus sanctus, di-
cuntur quidem vnum, non autem v-
nus, nisi cū additione: vt vnu Deus,
vel huiusmodi.

Caput 32.

Recte'ne pater & filius diligere se
dicuntur Spiritu sancto?

Aug. lib. 15. cap. 7. **P**ater & filius in diuinis diligunt
spiritu sancto, & hoc, capien-
do diligere notionaliter, vt po-
nitur pro communi spiratione, dif-
ferente scilicet, ab essentia secundum
rationem.

Non est autem cōcedenda illa pro
positio, pater sapit sapientia genita,
seu per eam sapientiam quā genuit:
ne filius qui est sapientia genita, vi-
deatur esse causa sapientiae in patre.

Aug. lib. 15. cap. 7. At dum quæritur, an filius sit sa-
piens sapientia ingenita, concedi de-
bet, eo quod ipse eadem sapientia sa-
peins est qua pater. Est enim sensus,
quod filius est de sapientia ingenita.

Conceditur etiam à quibusdam il-
la: filius sapiens est sapientia genita,
vel seipso, quod idem est: non tamen
à seipso.

Hil. lib. 9. Est autem vna eademq; sapientia
de Trini. patris ingenita, & genita secundum
rem,

rem, sec
ferens. A
facit sap
nam v b
tiam pe
ne dicen

Vnde
quæ est
ctus, sci
tamen s
quæ non
men per
vna tan
pientia.

Deni
essential
iam pat
nisi capi
ua spir
quod di
non tam
ficandi.

Secus
semper e

Sunt'ne
sa

M
as, di-
em v-
Deus,

ere se

iligt
pien-
vt po-
e, dif-
ndum

la pro
enita,
enuit:
a, vi-
atre.
sit sa-
edi de-
tia fa-
ensus,
enita.
dam il
enita,
tamen
ientia
ndum
rem,

L I B E R I.

rem, secundum rationem tamen differens. Additum enim nomen patris, facit sapientiam accipi pro persona: nam ubi absolute ponitur, ad essentiam pertinet, id quod & de dilectione dicendum.

Vnde sicut in deitate est dilectio, quae est pater, & filius, & spiritus sanctus, scilicet, ipsa diuina essentia: & tamen spiritus sanctus est dilectio, quae non est pater, nec filius: nec tamen per hoc sunt duæ dilectiones, sed una tantum: sic est & suo modo de sapientia.

Denique & diligere, sic capiatur essentialiter, (& idem est quod esse) iam pater non diligit spiritu sancto: nisi capiatur notionaliter pro passiva spiratione. Tunc enim et si idem sit quod diuina essentia secundum rem, non tamen secundum modum significandi.

Secus tamē est hic de sapere, quod semper essentialiter capitur.

Caput 33.

Sunt' ne personarum proprietates, ipse personæ, atque essentia diuina?

B 5 Diuis

LOCORVM COMMVNIVM

Hil. 4. in
expla. ad
fimb.
adam. 1.
Hil. lib. 7.
de Trin.

Io. Dam.
3. de or-
thodox.
fide.

Aug. in
Psal. 68.
com. 8.

Diuinarum personarum pro-
prietates sunt ipsæ personæ,
sunt & diuina essentia: ut pa-
ternitas est pater, & est diuina essen-
tia: sic & filiatio filius, & processio
spiritus sanctus. Nulla enim in diui-
nis potest esse diuersitas, nec compo-
sitio: sed ob diuinæ naturæ simplici-
tatem, Deus est quicquid habet, ubi
non repugnat relatiua oppositio.

Fuerunt autem qui hoc negantes,
dicerent ipsas proprietates non esse
personas, sed velut extrinsecus affi-
xas: quasi vero si proprietates forent
personæ, per eas distingui non pos-
sent. Sed hoc nō sequitur: Nā & seipsa
res distingui potest, seu determinari.

Argutantur præterea, si proprie-
ties sunt diuina essentia, ergo in eis
personæ conueniunt, sicut & in essen-
tia: ubi non attendunt repugnarere
latiuam oppositionem.

Plenum tamen horum intellectū
nemo mortalium habere potest, sed
in his veritati fidei catholicæ obse-
cundandum est.

Nec enim rectè collegeris, pater-
nitas est essentia, ergo essentia gene-
rat, ut ipse volebat. Non enim est ibi
determinando vel distinguendo ea,
sicut est in persona, cuius est generare.

Caput

Idem

P E
ratur, v
genera
conuen
tate: qu
duim ra

Etsi
persona
sonaru
tiæ, no
Deus tr
sonæ vi
catur D
cipi re
non po

Nec
Deus, s
pij effec

Qu
tentia,
cto hor
tentia
fit, ne
lius in

Caput 34.

*Idem'ne est in diuinis essentia
atq; persona?*

Per hoc quod in diuinis persona *Hila. li. 8.*
est idem cum essentia, non est *de Trin.*
eadem res quæ generat & gene-
ratur, vthæretici volebant: quia etsi *Rom. 8.*
generans & generatum in substantia
conueniant, non tamen in personali *Ioan. 15.*
tate: quia & persona & essentia secun *Ezai. 19.*
dum rationem differunt.

Etsi etiam vnum Deus dicatur tres *Matt. 20.*
personæ, sitq; vna essentia trium per-
sonarum, & tres personæ vnius essen- *Ioan. 10.*
tiæ, non tamen potest sanè dici vnum *Exod. 3.*
Deus trium personarum, vel tres per *Aug. in*
sonæ vnius Dei Per hoc enim signifi- *Psal. 68.*
catur Deus aliqua habitudine prin-
cipi respicere personas, quod dici
non potest.

Neq; simile est de essentia, quia vox
Deus, significat cum ratione princi-
pi effectui, non autem essentia.

Quod autem patri attribuitur po- *Hil. lib. 1.*
tentia, filio sapientia, & spiritui san- *de Trin.*
cto bonitas, quamuis omnes eadē po-
tentia sint & sapiētia, & bonitas: hoc
fit, ne pater impotens putetur, & fi- *Luc. 11.*
lius insipiens, & spiritus sanctus vio- *Matt. 25.*

B 6 Lentus

LOCORVM COMMVNIVM

Deu. 4. lensus aut turbulentus, vt in huma-
nis rebus esse consuevit.

Aug. li. De nomine homousij, notandum
cont. Ma- quod hæreticorum improbitate la-
ximi. c 14. befactari cœptum, patefacta ipsius
Ioan. 10. significatione, vsu consuetudineq; lo-
quendi receptū est: significatq; quod
vnius eiusdemq; substantiæ est.

Nomina vero translatiue de Deo
dicta, vt splendor, speculum, & huius
modi, intelligi debent secundum ra-
tionem translationis & similitudi-
nis eorum.

Caput 35.

Quarum rerum est Dei scientia?

Rom. 8. Scientia Dei sine sapientia, quam-
Ephe. 4. suis simplex sit, & vna, propter
Esai. 64. varios tamen rerum status & ef-
1. Cor. 2. fectus, diuersitatem nominum sorti-
tur. Quo fit vt modo dicatur præsci-
entia, qua scilicet de futuris est, nscq;
seu bonis seu malis: modo dispositio,
qua de faciendis est: modo prædesti-
natio, vt est de saluandis: modo pro-
uidentia, qua est gubernandoru: que
tamen pro dispositione, interdum &
pro præscientia accipitur. Sapientia
Aug. in vero vel scientia: est de quibusuis, tam
ge. to 2. bonis quam malis, præsentibus quā
lib. 3. c. 18. præteritis, temporalibus quam ater-
nis,

Siau-

Si au-
cet tolle
vel præ-
nem rei
tem: no-
sentia, c
deletur.

Intue-
rum, vt
uersa ta-
cut & pri-
diuine p

Sunt' ne
nitioni
in

O
se in ipsi
quæ esse
Deus
cit bona
vt quæ i
illa solu-
tione pr
sunt ma

M
uma-
ndum
te la-
ipsius
eçp lo
quod
e Deo
huius
m ra-
itudi-
tia?
quam-
opter
s & ef
forti-
ræsi
, it's
positio,
desti-
pro-
n: que
um &
ientia
, tam
s quā
ater
ian-
L I B E R I.

Si autem nulla futura fuissent: li-
cet tolleretur præscientia, dispositio,
vel prædestinatio, secundum relatio-
nem rei antecedentis ad consequen-
tem: non tamen protinus etiam es-
sentia, quæ tali subiicitur, relationi Amb. lib.
5. cap. 8. de Trini.
deletur.

Intuetur autem Deus omne futu- Aug. in
rum, ut præsens: eo' quod semel vni-
uersa tam præterita, quam futura, si-
cut & præsentia in æternum scientiæ
diuinæ præsto sint & repræsententur.
Psal. 49.

Caput 36.

Sunt ne quæcumq; dicuntur esse cogni-
tionis uel scientiæ diuinæ, etiam
in Deo, uel esse de Deo
dicenda?

Omnia Deo cognita sunt qui-
lem in eius scientia: non ta-
men illa omnia dici debent es-
se in ipsius essentia. Multa enim scit,
quæ essentia eius non sunt.

Deus etiam aliquo modo cognos- Rom. II.
cit bona, quo non cognoscit mala, August.
Ut quæ in ipso esse non possunt: cum Psal. 117.
illa solùm in eo dicantur, ad quæ ra-
tione principiū se habet, qualia non
sunt mala, quæç ipsi improbantur.

B 7 Proinde

LOCORVM COMMVNIVM

Proinde etsi omnia quæ sunt de
Deo, possunt dici ex ipso: non tamen
econuerso, omnia quæ ex ipso sunt,
esse de ipso dici possunt. Creaturæ si-
quidem ex ipso sunt, quia ab eo fa-
boni. c. 18.
Aug. de natura
tom. 6.

Etæ: at non de ipso propriè dicentur,
quia non de ipsius substantia profi-
ciscuntur.

Caput 37.

Quomodo inest Deus rebus creatis?

Deus qui incommutabilis in
se, per præsentiam, potentiam,
& essentiam est in omnina-
tura seu essentia sine sui definitione: &
in omni loco sine circumscriptione:
in omni tempore sine mutabilitate.

In sanctis vero animis speciali mo-
do & præcellenti, & per gratiam qua-
si demoratur. Excellentissimè autem
est in homine Christo, in quo pleni-
tudo diuinitatis corporaliter inha-
bitat. Est ergo ubiq; per essentiam: sed
in solis bonis inhabitat per gratiam.

Priusquam vero res aut sancti fo-
rent, Deus qui nullius eget, æquè ut
modo in se habitauit.

Nemo tamen quum Deus immuni-
dis rebus sit præsens, etiam conta-
minari suspicetur: quandoquidem
nec spiritus humanus à corpore le-
pro-

Col. 2.

Hier. 23.

proso, n-
ris com-
Et qu-
ni temp-
nec loca-
nec loco-
bitur. S-
quidem
bitur, q-
dum aff-
atqui in-
deus est-
ne incip-

Est' ne sc-

C'A
ti
fi
ret: nec
quascun-

Neq;
causa m-
ipsi præ-
mala, ni-
tiæ, per-
farerun-
lorum,
mala nc-

M
nt de
amen
sunt,
ræ si-
eo fa-
ntur,
profi-

eatis:
lis in
entiā,
natu-
ne: &
tione:
tate,
li mo-
n qua-
autem
olen-
inha-
ā: sed
tiam.
cti fo
quē vt

mun-
onta-
uidem
re le-
pro-

LIBER I.

proso, nec à rebus fœdis radius sola- *Esai. 66.*
ris commaculatur.

Et quamvis Deus ybiq; & in omni tempore, non tamen temporalis, *Aug. lib.*
nec localis est: quia nec subest motui, *3.ca. 2. ad*
nec loco terminatur, nec circumscri- *Maximi-*
bitur. Spiritus autem creatus, loco
quidem finitur, non etiā circumscri-
bitur, qui & per tempus mouet secun-
dum affectiōes, temporis subiacentes,
atqui indemutabilis ybiq; & semper *Ef. ii. 6.*
deus est: eoq; nulla suūpsius mutatio-
ne incipit, vel desinit esse in creatura.

Caput 38.

Est' ne scientia Dei rerum conditarum
operatoria causa?

Causa rerum est Dei præscien-
tia. Res enim futuræ nunquā
fierent, nisi eas Deus præsci-
ret: nec fieri potest quin eueniant,
quascunq; præsciuit.

Nec tamen consequitur, quod sit
causa malorum Deus, eo quod mala *Orig. li. 1.*
ipsi præscita sint. Non enim nouit *cap. 13.*
mala, nisi notitia simplicis intelligē- *Aug. bo-*
tiæ, per quam notitiam non est cau- *53. tom. 5.*
sarerum. Nisi forte dicatur causa ma-
lorum, sine qua non. Nam sine eo
mala non essent, licet ipse nec velit,
nec

LOCORVM COMMVNIVM
nec approbetea, sed tantum bona.

Perseuerat autem & cum Dei certissima præscientia, contingentia futurorū: ut non recte colligeres, Deus ea certo præsciuit, cuius præscientiā falli non porest, ergo necessario eueniunt. Contingentia enim futura, secundum se contingentia sunt: licet certum sit euentura, si ad Dei præscientiam referantur. Vnde hæc propositio, possibile est non euenire, quod Deus præsciuit et similes, cōiunctim in sensu composito falsæ sunt: in sensu autem diuiso, veræ. Consistit enim simul esse illa à Deo præscita, simul tamen in se contingentia.

Caput 39.

Potest' ne Dei scientia augeri
uel minui?

Aug. lib.
2. c. 5. de
Trini.

ET si aliquid subiectum esse possit scientiæ Dei, quod antè non fuerit, aut etiam desinere possit aliquid subiectum esse eidem scientiæ, quod antè fuerit subiectum: tamen ipsa Dei scientia per hoc nō mutatur, sed omnino immutabilis est. Hęc enim est eius sapientia, atq; adeo essentia ipsa.

Vnde nec augmentari potest, nec minui;

minui: in
Deus sci-
test velle
positione
Sic enim
bertatem
di vel no-
buit. Et h
probatio
sensum p
trā, pauci
sui muta
Prou
creatüræ
uis non a
deat, sed
suum,

Qu
P
Pæ
scie
for
et gratia
turo præ
plectitur
tem etia
dos.

Est au
numerus
dus salua

M
ona.
i cer-
tia su
Deus
ientia
s eue-
ra, se-
: licet
ræsci-
ropo-
quod
nctim
n sen-
enim
ultia

L I B E R I.

minui: imo & absque sui mutatione,
Deus scire potest, quod nescit: & po-
test velle, quod nō vult. Et hoc si pro
positiones illę diuinim intelligentur. *Hie. 10.6.*
Sic enim designant Deum habere li
bertatem & potentiam omnia scien-
di vel non sciendi sicut ab æterno ha
buit. Et hoc, loquendo de scientia ap
probationis. Potest ergo & ad hunc
sensum plura scire quam scit, & con
tra pauciora scire quam scit, sed sine
sui mutatione.

Prouidentia quoque Dei omnes
creatüræ simul gubernantur, quam
uis non æqualiter omnibus proui
deat, sed cuilibet secundum modum *Sap. 12.*
suum.

ri

Caput 40.

Quid est prædestinatio?

Prædestinatio (quæ scilicet præ-
scientiæ subditur, & tanquam *Aug. lib.*
forma intellectu substernitur) *de præ-*
dest. c. 10.
en gratiæ in præsenti, & gloriæ in fu
turo præparatio. Nec propriè com- *in 10.7.*
plexitur, nisi electos. Præscientia au
tem etiam protenditur ad damnan
dos.

Est autem certus prædestinatorū
numerus, eo quod nullus damnan
dus saluari possit, nec saluādus dam
nari,

LOCORVM COMMVNIVM
narī. Vnde & illæ propositiones: præ-
scitus potest saluari: vel prædestina-
tus potest damnari, in sensu compo-
sito falso sunt, licet in sensu diuisio cō-
cedantur. Neq; etiam prædestinatus,
esse potest non prædestinatus, nisi se-
cundum distinctionem daram.

Cuius etiam effectus, est saluatio: si
cū effectus reprobatiōis, damnatio.

Caput 41.

Est ne ulla prædestinationis & repro-
bationis meritoria in homi-
ne causa?

Rom. 9.
Malac. 1.
Rom. 5.

Rom. 9.

Rom. 9.

Obdurationis quidem, quæ sci-
licet est gratiæ diuinæ subtra-
ctio, seu non collatio, meritū
aliquid est, scilicet obdurationi præce-
dens peccatum: non autem reproba-
tionis, quæ s. est æterna. Prædestina-
tionis autem, neque si species æter-
nam Dei electionem, neq; si contem-
pleris temporalem ipsius gratiæ col-
lationē, aliqua causa esse potest dun-
taxat ex prædestinato: quia primam
gratiam nullus meretur, alioqui gra-
tia non diceretur, quæ scilicet gratis
datur. Itaq; non propter merita futu-
ra seu bona, seu mala Deus hunc ele-
git, & illum reprobavit: sed liberè
iuxta

M
s: pre-
stina-
mpo-
iso cō
natus,
nisi se-
atio: si
natio,
repro
re-
æ sci-
abtra-
meritū
ræce-
roba-
stina-
æter-
ntem-
e col-
dun-
umam
ai gra-
gratis
a futu-
c ele-
iuxta

L I B E R . I.

iuxta beneplacitum voluntatis.

Necq; vero' Dei reprobatio est cau- Aug. lib.
sa peccati, (sicut tamen eius prædesti i. cap. 27o
natio boni est causa) cum peccanti li Retract,
berum dederit arbitrium.

Quamuis autem præscientia, quæ
est respectu futurorum, minui pos-
fit, futuris, scilicet in præsens, vel pre-
teritum transiuntibus, non tamen
minui potest eius scientia, quæ vide-
licet est omnium præteriorum, sicut
& futurorum & præsentium.

Caput 42.

Vnde spectanda omnipotentia Dei?

O Mnipotens dicitur Deus, non Aug. lib.
deo quia potest omnia, quæ quæst. ue-
vult, sed quia potest omnia, teris ac no
quæ sunt factibilia, seu quæ sub acti- uæ legib;
uam cadunt potentiam. Nam ad om- cap. 6.
nipotentiam non sufficit posse quæ-
cunq; velis; alioquin & quilibet bea-
tus, omnipotens dici posset.

Nec obstat his, quod Deus nō pos- Aug. lib.
sit ambulare aut loqui, & sic de alijs. 7. de sym-
Potest enim, licet non per se, quia ip- bol. de fid.
si non competit: tamen per nos & in
nobis ea facit.

Similiter non pugnat cum omni- Io. Chry.
potentia Dei quod mentiri, fallere, in hom.
decipi, aut peccare non queat. Talia de expost.
enim symbol.

LOCORVM COMMVNIVM
enim facere non est potentiae, sed po-
tius infirmitatis.

Quod autem quædam autoritates
dicunt, eum ideo omnipotentem di-
ci, quod possit omnia quæ vult, intel-
ligendæ sunt, hoc sensu, quod eius vo-
luntas impediri non possit.

Filius quoque sicut & spiritus san-
ctus, dicitur omnipotens, licet non à
se, quia uterque est ab altero: tamen
per se eandem habent omnipotentiam
quam pater.

Caput 43.
Potest'ne Deus aliud quid facere,
quam fecit?

Aug. in
Gen. c. 19.
Aug. de
symb. lib.
1. cap. 1.

Rrant qui potentiam Dei infini-
tam, ad mensuram coartare vo-
lentes, dicunt Deum non am-
plius, nec aliud, nec melius facere
posse, quam fecit: nec quod facit,
omittere posse.

Et rationes quas adducunt, nihil
habent momenti. Nam quod adfe-
runt de bono & iusto, quod Deus ni-
hil nisi tale facere possit: si referatur
ad præsens tempus, nihil impedit.
Nempe si Deus alia faceret, vel me-
liora, similiter bona & iusta essent:
quamvis intuendo temporis vniuer-
sitatem

sitatem
& iusti-
Nec pl
Deum n
& omne
bum del
bet.

Nequ
mouere
Deus fac
enim eti
ea facere

Porro
volunta
plura sui
recte dic
re, quæ n
possibili

Possit
vt, cum p
facit tam

Potes

R E
li ci
tura aut
tori aqu

L I B B R I.

sitatem nihil facere possit, nisi bonū
& iustum.

Nec plus roboris habet quod aiūt,
Deum nihil facere, nisi quod debet:
& omne quod debet, facere, quia ver-
bum debitum in diuinis locum non ha-
bet.

Neque illud à rationabili ductum
mouere nos debet, scilicet omne q
Deus facit, esse rationabile: dicimus
enim etiam alia rationabilia fore, si
ea ficeret.

Porro quanquam idem sint in Deo
voluntas & potentia, potentiae tamē
plura subsunt quām voluntati. Hinc
recte dicitur, Deum plura posse face-
re, quae nō vult, nec facit Potest enim
possibilia quæq;

Posset etiam omittere quæ facit,
vt, cūm possit iustificare omnes: non
facit tamen.

Caput 44.

Potest' ne melius quid facere Deus
quām fecit?

Rerum vniuersitatem deus me-
liorem facere potest quām fe Aug. lib.
cit. Nam nisi hoc posset, crea- 83. quæs.
tura aut esset summè bona, & sic crea 50. to. 4.
tori aequalis, quod est impossibile:
aut

LOCORVM COMMVNIVM
aut Deus ei maioris bonitatis capa-
citatem conferre non posset, quod si-
militer falsum est.

Nec obstat quod sibi filium aqua-
lem genuit: quia ille est de patris sub-
stantia, creatura autem de nihilo.

Hæc tamē intelligenda sunt, si res
conditas tantum contemplere. Dei
enim sapientia, quæ condit, melior
esse non potest: perinde ac quæ condi-
tur creatura præstabilior fieri. Nō est
ergo limitata diuina potentia nunc
magis, quam vñquam ad faciendum
quod vult, licet nō eodem modo res
ad eadem se habeant: ut patet in eo,
quod in præteritum transit. Sic & de
voluntate & scientia, suo modo di-
cendum est.

Caput 45.

Quæ dicitur in scripturis uolun-
tas Dei?

*Aug.lib.
83.4.28.
in tom.4.* **V**OLUNTAS quidem Dei est re-
quod ipsius essentia: quia ta-
men ab ea differt ratione, si-
cuit & scientia, ideo quædam volun-
tati Dei, quæ non attribuuntur eius
essentiæ. Non enim est Deus omnia,
qui tamen vult omnia.

Est au-

D
Est au-
vniuersa
liter, & q
ipsa sit ca-
renda ali
eset simp
Nomi-
tipliciter
propriè,
eig dicit
lia vero c
Quæ i
æterna, h
impletur
ptio, prol
sio, & op
luntas D
quasi hæ
in his mo

Quem se
qui u

S'Emp
placi
quæ
ra. Nec ob
nes homi
nō omnes

M
capa-
od si-

æqua-
s sub-
lo.
si res
. Dei
elior
ondi-
Nō est
nunc
ndum
do res
in eo,
& de-
do di-

un-

est re-
ia ta-
ne, si
olun-
r eius
nnia,
stau-

LIBER I

Est autem diuina voluntas causa
vniuersalis omnium, & quæ natura
liter, & quæ mirabiliter fiunt. Cumq;
ipsa sit causa prima ipsius, nō est quæ
renda alia causa, alioquin ipsa non
esset simpliciter prima.

Nominatur quoq; voluntas mul-
tipliciter. Nam quandoq; accipitur
propriè, vt sit quod essentia diuina,
eig; dicitur voluntas beneplaciti: A-
lia vero dicitur voluntas signi.

Quæ in hoc differunt, quia illa est
æterna, hæc temporalis: illa semper
impletur, non item hæc: vt est præce-
ptio, prohibitio, consilium, permis-
sio, & operatio, quæ dicuntur vo-
luntas Dei, quia sunt eius signa: non
quasi hæc oīnnia fieri velit, sed quia Gene. 22.
in his modo volentis se haber. Matt. 1.

Caput 46.

Quem sensum habet illud Apostoli:
qui iult omnes homines sal-
uos fieri?

S Emper impletur voluntas bene Psal. 113.
placiti diuini, qua scilicet facit, Rom. 9.
quæcunq; vult in cœlo & in ter- 1 Tim 2.
ra. Nec obstat quod dicitur, vult om-
nes homines saluos fieri, & tamen
nō omnes salvantur. Nam sic intelli-
gitur.

Psal. 113.

Rom. 9.

Matt. 9.

Gene. 22.

Matt. 1.

Psal. 113.

Rom. 9.

1 Tim 2.

Matt. 23.

Sem

E St a
vol
(qu
teit, qui
aut à crea
creatura
ordinat v
Quod
tem aliqu
tamē ei n
gendo sec
quod fit c
cepta vel
Hinc &
luntati e
voluntat
prohibiti
voluntas
inuita p
omnia q
ita fieri v
tis se hab
cepit Isa
leant lep

LOCORVM COMMVNIVM
gitur. Quod omnes quos vult saluos
fieri, saluentur: quomodo dicitur, Il-
luminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum, omnem scili-
cet, qui illuminatur, &c.

Ioan. I.

Non est autem concedendum, De-
um velle mala fieri. Ne deinde Deum
esse iniquum colligatur. Rursus nec
illud, quod velit, nō fieri mala, quia
si sic sit, mala nunquam fierent. Sed
magis dicendum est, quod non vult
ea fieri, quia solum ea permittit: Un-
de nec sic voluntati eius resistitur. Ne
que fieri malum, bonum est simplici-
ter: sed in quantum ex malis possunt
elici bona.

Rom. 9.

Nam est bonum quoddam, quod
& in se tale est, & ei cui sit: sed non fa-
cienti. Est & quoddam bonum in se
& facienti, sed non cui sit. Est & quod
dam bonum in se & facienti, & cui
sit. Est autem & aliud quod in se bo-
num non est, & facienti nocet: & ta-
men ad vniuersi valet decorē, à Deo
ordinatum.

Aug. lib.
33. q. 1.

Quod etiam dicitur, mala fieri, ve-
rum est: sed omne verum est à Deo,
ergo &c. Veritas quidem huius dicti,
à Deo est, sed non res dicta, id est, ma-
lum. Veruntamen nullum malum fit,
nisi à Deo (vt dictū est) permittratur.

Caput

V M
saluos
tur, il-
enien-
n scili-
um, De-
Deum
sus nec
a, quia
nt. Sed
on vult
tit: Vn-
it, Ne
mplici-
ossunt
i, quod
non fa-
m in se
& quod
, & cui
n se bo-
: & ta-
, à Deo
fieri, ve
à Deo,
us dicti,
est, ma
lum fit,
ittatur,
Caput

L I B E R I.

Caput 47.

Semper' ne impletur uolu-
tas Dei?

Est autem semper efficax diuina
voluntas, nihilq; contra eam
(quamuis præter eam) fieri po-
teat, quin semper impleatur: & hoc *Psal. 100.*
aut à creatura, dum bene facit: aut de
creatura, dum ipse de male faciente
ordinat ut vult.

*Aug. in
enclir. cao.*

Rom. 9.

Quod autem præter Dei volunta-
tem aliquid fieri posse dicitur, cum
tamē ei nihil resistere valeat: (intelli-
gendo secundum Dei permissionē:)
quod fit quando negligūtur eius præ-
cepta vel prohibitiones.

Hinc & obsequuntur diuinæ vo-
luntati etiam mali: quia resistentes
voluntati eius, quæ præceptum vel
prohibitio dicitur, ea faciunt vnde
voluntas eius, quæ ipse est, semper
inuicta permaneat. Neq; etiam Deus
omnia quæ præcepit vel prohibuit,
ita fieri voluit, sed ad modum volen-
tis se habuit: ut verbi gratia cùm præ-
cepit Isaac immolari, & curati ut si-
leant leprosi.

Gen. 22.

C Caput

L
LOCORVM COMMVNIVM

Caput 48.

Debet ne nostra uoluntas omnibus
modis diuinæ con-
formari?

*Aug. in
enclir.ca.
101, tom. 3.* **I**NTEREST INTER VO-
luntatem Dei & hominis: nam
contingit quandoque aliquem
maia voluntate velle, id quod Deus
benè vult: ut si filius malus patrem
mori velit, quem & Deus mori vult.
Et contrà, quandoque contingit, ut
quod quis vult bona voluntate, no-
lit Deus: ut si bonus filius patrem ve-
lit uiuere, quem Deus vult mori. Un-
Psal. 138. de bonam voluntatem non oportet
semper conformari voluntati Dei
in volito, ut aiunt.

Nonnunquam & bona Dei volun-
tas per malam hominis voluntatem
impletur: ut quum crucifigitur do-
minus Iesus, non actum Iudæorum
malum, Deus voluit, sed Christi pas-
sionem bonam.

Hinc & viris bonis dominica pas-
sio, intuitu voluntatis Dei & nostra
redemptionis placuit, non autem
intuitu cruciatus: sic que de eodem
(sed

V M
LIBER I.

(sed non ob idem) lætabantur, & tri-
stabantur.

Sanctorum autē passiones quam-
uis & ipsæ bona voluntate & mala
appeti poruerint, tamen hoc diffe-
runt: quod sola Christi passio est no-
stræ salutis causa. Quam nobis idem
concedere dignetur, qui cum patre
& spiritu sancto viuit & reg-
nat Deus, per omnia sæ-
cula sæculorum,
Amen.

Finis primi Libri.

L
LOCORVM
COMMVNIVM
CHRISTIANAE RELI
gionis Liber secundus.

Caput I.

Quot sunt rerum omnium condit
rum principia?



Mnium rerum, visibili
um, scilicet & inuisi
bilium, deum esse crea
torem, & eas in tem
porū principio crea
se, scripturæ sacræ primum lumen o
stendit Elidens per hoc errores Pla
tonis & Aristotelis: quorum alter
Deum, non creatorem, sed quasi op
ificem rerum esse posuit: supponens
scilicet materiam in opere Dei, cùm
creatio sit ex nihilo: quo etiam mo
do aliquid facere soli Deo conuenit.

Aristoteles autē ponens duo prin
cipia, scilicet materiam & formam,
& tertium operatorium, mundum
æternum dixit.

Dicitur autem Deus aliquid face
re vel

L
revel age
tetur, fe
motione:
solis est ir
Causa a
bonitas c
Qui et
nis ipfius
fecit crea
bonum in
ret, & per
dem distin
angelum,
Non qua
rit, sed vt
tur.

Deniq
dum vlt
homo ad
sed totum
Dei autem

Insupe
riores fin
quia ad v
nobis del
minorum
pter vsum

Nec p
factus ho
cēt illa sit

Est au

L I B E R II.

revel agere, non quod operando mu-
tetur, sed æterna voluntate sine sui
motione: cuius simile quid in calore
solis est inuenire.

Causa autem rerum creatarum, est
bonitas creatoris.

Qui etiam ut creatura beatitudi-
nis ipsius particeps fieret, rationale
fecit creaturam, quæ scilicet summū
bonum intelligeret, amaret, posside-
ret, & per hoc ea frueretur. Quæ qui *Psal. 15.*
dem distincta est in incorpoream seu *i. Cor. 3.*
angelum, & corpoream seu hominē. *Hebr. 1.*
Non quasi ipse creator his indigue-
rit, sed ut ei seruirent, ac eo frueren-
tur.

Deniq; & ipse mundus ad seruien-
dum vltierius homini factus est, &
homo ad seruiendum Deo:nō ad dei,
sed totum ad hominis vtilitatem, ad
Dei autem gloriam.

Insuper & angelii, licet nobis supe-
riores sint natura, nostri tamen sunt,
quia ad usum nobis sunt, & seruire
nobis debet: quemadmodum res do-
minorum, dicuntur famulorum pro-
pter usum.

Nec propter angelorum ruinam
factus homo dicitur principaliter, li-
cet illa sit vna ex causis.

Est autē anima corpori vnta pri- *Matt. 22.*
C 3 mo,

LOCORVM COMMVNIVM
mo, quia Deus ita voluit: dehinc, vt
2. Cor. 3. vnio hominis cum Deo per amorem
possibilis ostenderetur: atq; vt in cor
pore Deo deseruiēs homo, maiorem
mereretur coronam.

Inter angelum autem & hominē
alia est creatura quædam corporalis
tantum: & de his tribus tractabitur,
hoc libro secundo.

Caput 2.
Quando & ubi creata angelica
natura?

Eccle. 1.

Gene. 1.

Psal. 101.

In Gene.

lib. 1. ca. 1.

tom. 3.

Eccle. 18.

In 1. cap.

ad Titū.

Luc. 10.

Angelica natura omnium pri-
ma creata est: non quidē qua-
si tempore omnes præcedens,
sed dignitate. Ipsa enim & cœlum em-
pyreum, tempus, & quatuor elemen-
torum materia, simul sunt condita.

Vnde quod dicitur: In principio
creauit Deus cœlum & terram: Per
cœlum, secundum Augustinum, intel-
ligitur spiritualis creatura: per ter-
ram autem corporalis.

Quamuis autem angelum, alias
creaturas omnes duratione quadam
præcessisse, Hieronymus dicere vide-
tur, hoc tamen nō ex propria, sed ex
aliorum opinione locutus putari de-
bet.

Deni-

Deniq;
colligita
sunt ange
catum co
permans
Empy
lum illud
dem ab a
Quale
Circa
tue
rum imm
ctionis e
intelliger
di liberta
geli in su
tamen æ
turæ gra
& in cog
ne, in arb
s. volunt
id quod e
omnes su
Neq;
ti sunt, vi
ter creati
senserūt:
Vnde & n

L I B E R II.

Deniq; vt ex scripturæ autoritate Gen. 1.
colligitur, in cœlo empyreo creati
sunt angeli. Ex quo & mali per pec-
catum corruerunt, & boni in eodem
permanserunt.

Empyreum autem dictum est cœ-
lum illud tanquam igneum, nō qui-
dem ab ardore, sed splendore.

Caput 3.

Quales nam creati sunt Angelis?

Circā naturam angelicam, qua-
tuor in primis consyderanda
occurunt, essentia scilicet eo-
rum immaterialis simplicitas: distin-
ctionis eorum personalis diuersitas:
intelligendi perspicacitas, & volen-
ti libertas. Quæ quidem omnes an-
geli in sua acceperunt creatione, non
tamen æqualiter. Verū sicut in na-
turæ gradu vñus alterum excedit, sic Iob...
& in cognitione, & gratiæ collatio-
ne, in arbitrii quoq; libertate, prout
s. voluntatem sequitur. Nam quo ad
id quod cogi non potest arbitrium,
omnes sunt æquales. Joan. 3.
Matt. 23.

Neq; vero angeli aliqui malí crea-
ti sunt, vt nihil morę intercesserit in-
ter creationem & lapsum, vt quidam
senserūt: sed omnes boni creati sunt.
Vnde & mora aliqua interuenit inter

C 4 crea-

LOCORVM COMMVNIVM
creationem & lapsum malorum Ni-
hil enim mali deus producere potest.

Insuper & mox creati angelicispi-
ritus, omnes naturalem cognitionē
sui, ac creatoris, ac cæterarum crea-
turarum habuerunt, intelligentes
quid bonum, quid malum.

Sunt autem & eis ipso creationis
momento vltra naturæ proprietates
addita dona gratiæ, ut in vera iusti-
tia per castum amorem Deo adha-
rerent.

Caput 4.

Beati^{ne} & perfecti conditi sunt An-
geli, an miseri & imperfecti?

Prou. 14.

Lib. II. su-
per Gene.
capit. 17.

NE C heati, nec miseri Angeli
creati sunt: Non quidem mi-
seri, nam miseria non est, ni-
si sit peccatum, in quo conditi non
sunt: Neque etiam beati, vt quorum
multi ceciderunt, qui sui lapsus præ-
scij non fuerunt: sicut nec alii beati
tudinis suæ.

Quamuis autem beatus Augusti-
nus bonos præscios sue confirmatio-
nis fuisse dicere videatur, hoc tamen
(vt verbis eius liquet) non assertuè,
sed inquirendo potius dicit.

Possunt tamē dici angeli creati par-
tim

tim perfec-
ti quide-
quia hab-
bat statu-
eius, cuiu-
huc eis re-
tamen ac-
in infinito

Quid se

A N
perseuer-
& non na-
uino mu-
ter adha-
res Ange-
recesseru-
rant, pec-
necessita-
lecto, nor-
desertion
Retin-
bitrium,
spontane-
multa pe-
gant, &c.

M.
n Ni-
o potest.
icispi
itionē
crea-
gentes
tionis
etates
iusti-
adhæ-
ut Ann:
i:
Angeli
m mi-
st, ni-
i non
orum
præ-
beati
gusti-
natio
amen
rtiuè,
ti par
tim

L I B E R II.

tim perfecti, partim imperfecti: perfe-
cti quidem pro illo statu & tempore,
quia habebant quicquid ille require-
bat status. Imperfecti autem respectu *Gen. I.*
eius, cuius erant capaces: & quod ad-
huc eis restabat, conferendum. Quo-
tamen accepto, à perfectione diuina
in infinitum distant.

Caput 5.

Quid sentiendum de confirmatione,

& lapsu Angelico?

Angeli, qui per castū amorem
creatori Deo adhæserunt, bea-
titudinem æternam tanquam
perseuerantiæ præmium acceperunt:
& non naturæ suæ conditione, sed di-
uino munere bono electo immobili-
ter adhæserunt. Contra transgressio-
res Angeli, quia propria voluntate
recesserunt, à bono in quo creati e-
rant, peccati sui merito subiecti sunt
necessitati peccandi: & malo semel e-
lecto, non necessitate naturæ, sed Dei
desertione immobiliter adhæserunt.

Ezai. 14.

Retinent tamen utriq; liberum ar-
bitrium, non quia bonum aut malū
spontanea voluntate eligūt, sed quia
multa possunt eligere, quæ non eli-
gant, & non eligere, quæ eligunt: ma-

C 5 lita-

LOCORVM COMMVNIVM
li tamen libertatem quandā in æter-
num perdiderunt, secundum quam
boni liberiores, quām crēati fuerāt,
effecti sunt.

Porro Angeli omnes ex ihs quæ in
creatione acceperant, poterant non
tantum stare, sed & proficere: verū
alij dum appetunt similes esse altissi-
mo, à rectitudine quam acceperant,
exciderunt, & à Deo auersi sunt: alij
vero eidem adhærentes perseveran-
tiæ præmium æternam adepti sunt
beatitudinem.

Hanc autem inter Angelos discre-
tionem fecit non gratia, sed liberum
arbitrium: quo alij cadentes, æternā
commeriti sunt pœnā: alij vero stan-
tes, vitam æternam nō tanquam gra-
tiam, sed meriti mercedem acce-
perunt: quamuis ne tunc quidem sine
gratia ullum esse potuerit meritum.

Caput 6.

Ex singulis'ne ordinibus lapsi
sunt angeli?

DE omnibus angelorū ordini-
bus aliqui ceciderunt. Inter
quos & supremus omniū Lu-
citer propria excellentia malè cōspe-
cta, cecidit primus.

Qui

Qui &
vſq; ad i
quam lo
catis res
exercitu
ad infer
At vſ
bonos q
nis & su
& mali a
doque d
Est an
quos dæ
dere, ad
ducendu
tus à qu
pore, q
tempora
dam tam
lic eam
Sed &
vincunt
tere vid
cato, qu

Perijt'n

PEr
tia
ca
ro, ob

L I B E R II.

Qui & in hunc acerem caliginosum *Ezai. 14.*
usq; ad iudicij diem detrusi sunt, tan-*Apoc. 12.*
quam locum tenebrosis eorum pec-*Ephes. 6.*
catis respondentem, tum præterea ob-*Ioan. 14.*
exercitium nostrum. Tandem vero ad inferos detrudentur.

At usq; ad iudicij diem tam inter *Matt. 25.*
bonos quam malos, officia prælatio *1. Cor. 15.*
nis & subjectionis permanent: ubi
& mali à vitijs, quibus tentant, quan-
doque denominantur.

Est autem verisimile, quotidie ali *Oseæ 3.*
quos dæmonum ad infernum descen-
dere, ad animas illic cruciandas de-
ducendum. Lucifer vero ibi religa-
tus à quibusdam putatur ab eo tem-
pore, quo à Christo victus est, sub
tempora Antichristi soluendus. Qui-*Apo. 20.*
dam tamen ab initio peccati sui, il-*Matt. 24.*
lic eam fuisse dicunt.

Sed & alii dæmones, cum à nobis
vincuntur, tentandi potestatem amit-
tere videntur: in eo præsertim pec-
cato, quo superati sunt.

Caput 7.

Perijt' ne in angelis arbitrij libertas? *Luc. 15.*

Potesates angelii in bono, in gra-
tia sunt confirmati, vt iam pec-
care non possint: cadentes ve-
ro, obstinati, vt bonum velle non
C 6 pos-

LOCORVM COMMVNIVM
possint, neque tamen per hoc, velhi,
vel illi liberum amiserunt arbitrium.

Quomodo autem non perierint
eis liberum arbitrium, declaratum
est capite quinto.

Quamuis autem alii Angeli per ma-
litiam obdurati sunt, viuaci tamen
sensu non sunt penitus priuati, sed
magno scientiae acumine vigent, par-
tim natura, partim longi temporis
experientia.

Discunt etiam nonnulla iussu Dei
Angelorum reuelatione, alioqui fu-
tura praescire, aut praedicere neque-
unt. Cæterum grauissime peccat, qui
eos etiam de his, quæ scire possunt,
consulere audent: quoniam seu vera
seu falsa respondeant, fallaci mente
respondent.

Fiunt autem horum scientia atq;
virtute magicæ artes, Deo ita permit-
tente, vel ad fallendum fallaces, vel
monendum fideles, vel probandum
patientes.

Nec vero per hoc visibilis rerum
natura, malis angelis ad nutum de-
seruit.

Nec ipsis ex hoc creatores dici pos-
sunt, cum hoc sit solius Dei: sed per
occulta quædam & latentia in rebus
semina ea perficiunt: sicut nec paren-
tes fi-

tes filiorum
homo ex-
lus Deus
Possumus
ræ subtili-
facere no-
tibus eti-

Corpor

C
at
cha-
corpora-
tur, hoc
gis recit
corpora-
luntate:
ant. & ci-
rum illa-

In q
sumptis
ne toriu
patris, q
ritus fa-

Vtru
do in fo
rit: &
apparer

L I B E R . II.

tes filiorum dicuntur creatores: sicut homo exterius docere potest, sed solus Deus interius iustificare.

Possunt tamen & multa per naturae subtilitatem cemones, quae à Deo facere non permittuntur, prohibentibus etiam quædam bonis angelis.

Caput 8.

Corporei ne sunt angelici spiritus,
an incorporei?

Corpora naturaliter sibi vñita, Lib. 3. de
angeli siue boni, siue mali non
habent. Et licet Augustin. eos gen. ad
corpora aërea habere, dicere videa-
tur, hoc tamen non assertiūc, sed magis recitatiūc ponit. Assumunt autē
corpora, ut visibiliter nobis pro vo-
luntate aut permissione Dei appare-
ant & circa nos operentur. Vnde ite-
rum illa ipsa corpora deponunt.

In quibus etiam corporibus af- Aug. lib.
sumptis locuti sunt quandoq; nomi- 2. ca. 3. de
ne totius trinitatis, quandoq; autem Trin.
patris, quandoq; filij, quandoq; & spi-
ritus sancti.

Vtrum autem Deus ipse aliquan- Ioan. 6.
do in formis corporalibus apparue-
rit: & vtrum angeli in corporibus
apparentes, in suis tantum corpori-

C 7 bus

LOCORVM COMMVNIVM
bus hoc faciant ea incrassando. (da-
to quod corporei sunt) an crassiora
quædam superinducant, sub dubio
relinquit Augustinus quanquam sen-
tiendū videtur, quod faciunt in cor-
poribus assumptis. Ipsi enim corpo-
ra non habent.

Exod. 33.

Ioan. 1.

Aug. lib.

I.c. 10. de

Trini.

Matt. 8.

Marc. 1.

Essentia autem Dei, quia immuta-
bilis est, nunquā in se videri potuit
ab aliquo.

Nec vero diabolus, vel etiam an-
gelus bonus substantialiter menti
humanæ illabi potest, sed solus deus,
licet dæmones corpora ingredi pos-
sint, & ea vexare.

Caput 9.

Quot nam angelorum sunt ordines?

Nouem angelorū ordines esse
scriptura tradit, qui in tres
distincti hierarchias: Seraphim, Cherubim, Thronos, Domina-
tiones, Virtutes, Potestates, Principa-
tus, Archangelos & Angelos.

Dicitur autem ordo, multitudo
cœlestium spirituum, qui inter se ali-
quo munere gratiæ assimulantur, ut
Seraphim in charitatis ardore, Che-
rubim in scientiæ plenitudine, & sic
de alijs.

Hæc aut̄ nomina ipsis conueniunt
propter

propter nos. Et ab his nominantur,
quæ in ipsis præcellunt: non quod alii
ordinis hoc nō habeant, sed quia illi in hoc excellunt, inferiorū compari-

Nec vero omnes eiusdem ordinis
angeli sunt æquales, sed sicut in ordi-
ne apostolorum, aut martyrum, ali-
us alio dignior est.

Ad hos autem angelorum ordi-
nes, homines saluandi assumentur,
& per hoc, decimum dicuntur effice-
re chorum.

Saluabuntur etiam tot ex homini-
bus secundum Gregorium, quot ex
angelis persistenterunt Quod nec Au-
gust. abnuit, licet ad minus tot, quot Enchir. c.
occiderunt, saluandos putet. 29.

Caput 10.

Emendantur ne omnes spiritus
cœlestes?

Dangelorum missione & af-
fistentia variant sententiæ.
Nam quidam aliquos mitti
putant, alios vero nunquam, sed sem-
per Deo in cœlis assistere, iuxta Da- *Daniel. 7.*
nielis & Dionysij autoritatem.

Alii vero omnes mitti, dicunt, eo
quod ad Esaiam de Seraphim (qui su- *Esai. 6.*
premus

LOCORVM COMMVNIVM

Hebr. 1. premus ordo dicitur) quidam missus
Ioan. 1. legatur: & Apostolus omnes eos ad-
ministratorios spiritus esse comme-
moret.

Psal. 103. At his contrarium est, quod vnu-
tantum ordo angelorum, id est, nun-
tiorum dicitur. Ad quod tamen di-
cunt, omnes angelos dici quando mit-
tuntur. Angeli enim officiis nomen
esse, ut de Michaël & Gabriel, ac simi-
libus patet. Similiter & de dæmoni
nominibus, qualia sunt diabolus, Sa-
tan Belial, & similia.

Luc. 10. Sed Neoterici priorem ferè am-
pleteuntur sententiam, omnes præ-
ter primos tres ordines mitti dicunt.
Iob. 46. Et hi Seraph ad Esaiam missum, di-
cunt non de ordine supremo fuisse,
sed sic dictum propter inflammandi
officium.

Esaï. 6. Angelos autem & administra-
rios spiritus omnes dici, quia supe-
riores medijs, & hi infimis denunci-
ant, quod ad homines perferat. Vnde
per voculā, omnes, nō nisi eos, qui de
inferioribus sunt, intelligendos esse.

Hebr. 1.

Caput II.

Sunt' ne singulis hominibus singuli an-
gelici additi custodes?

Inter

INTER
Ter
Cio
Fr
Bus, q
No
Pr
Ap
Dam
Sing
Tte
Per
Qibus
Tta
Si
Vn
Lis, qui h
Lis vero
Te
De

Por
Uin
Fru
Liare
Il
Sibi
Conc
Ignor
Tibus
Rec

Orant
Eorum
Degni
Cœ

Quanc
Titudinis
Mentum

Que
Fu

E
Le
In
Tur

M
nissus
os ad-
nme-
vnus
nun-
en di-
o mit-
omen
c simi-
nonis
us, Sa
am-
præ-
cunt.
, di-
uisse,
andi
rato-
supe-
unci-
Vnde
ui de-
s esse.

li an

Inter

L I B E R II.

Inter cœlestes spiritus, qui ex officio frequentius adsunt hominibus, quidam toti genti, aut regno præpositi sunt gubernatores: quidam singulis hominibus à nativitate in perpetuā tutelam redditi sunt: quibus tamen imputari non debet, si ab ynius dei cultu recedant: sed malis, qui his quidem ad interitum, illis vero ad exercitium Deo permittere deputantur.

Porro boni Angeli citra yllum diuinæ fruitionis detrimentum, peculiarem illorum curam gerunt, quos sibi concreditos habent: quorum & ignorantiam erudiunt, nesciis dubitanibus recte nonnunquam consulunt.

Orant præterea pro illis, & preces eorum Deo offerunt, quo illos tandem regni cœlestis confortes habeant.

Quanquam per hæc obsequia, beatitudinis, ut aiunt, essentialis augmentum non merentur.

Caput 12.

Quæ fuit prima corporalis naturæ conditio?

Elementorum materiam Deus Gen. 1. in principio cum angelica natura produxit informē, & confusam

LOCORVM COMMVNIVM
fusam seu indistinctam, quam postea
sex diebus distinxit atq; formauit, se-
cundū quosdam sanctorum: licet se-
cundū alios illa materia simul crea-
ta sit & distincta. At primum magis
consonum videtur literis sacris.

Est autem materia illa multis &
yfitatis nominibus appellata, scilicet
terræ, abyssi, & aquæ: ne vnius
tantum formæ receptua putaretur,
& vt rudes (quibus loquebatur Moy-
ses) facilius docerentur.

Tenebræ autem illæ, quæ superfa-
ciem abyssi fuisse dicuntur, partim
lucis significant absentiam, & nihil
sunt: partim vero aërem obscurum,
& tunc sunt aliqua creatura.

Nec tamen quod dicimus mate-
riam informem fuisse, accipendum
est, quasi omni forma caruerit: sed
quia confusam habuit formam, po-
stea distinguendam.

Erat aut illa materia, ybi mundus
nun est, & vt quibusdā placet, exten-
debatur yltra locū firmamenti, infe-
rius quidem spissior, suprà autē ra-
tior: Vnde & aquæ illæ factæ sunt,
quæ supra firmamentū esse dicuntur.

Deus igitur sex diebus materiam
*Daniel. 8.*creatā distinxit: & opere perfecto sep-
timā die quieuit, scilicet, à facienda
noua

M
ostea
ait, se
et se-
crea-
nagis
.
tis &
scili-
vnius
etur,
Moy

per fa
artim
nihil
rum,

nate-
ndum
r: sed
a, po-
indus
exten
, infe
té ra-
sunt,
ntur.
eriam
to sep
ienda
noua

L I B R . II.

noua creatura. Nihilominus tamen & usque modo operatur. Non enim *Genes. i.* solum omnia in verbo disponendo & temporaliter creando ac distinguendo operatus est, sed & alia ex alijs producendo, quod usq; modo facit.

Caput 13.

*Quæ fuit prima distinctionis
operatio?*

IN opere distinctionis Deus pri- *Genes. i.* mo congruenter fecit lucē, quæ alia habet manifestare.

Quæ quidem lux & spiritualis intelligi potest, scilicet angelica natura per gratiam formata. Potest & intelligi corporalis, scilicet nubecula quādā lucida de qua piam, quę prius foret materiè producta, ea scilicet, regione, vbi modo sol est seu mouetur, cuius, ut vices habuit, noctem & diē illo triduo distinguens. Quæ nec ab aquis impediebatur propter ea- rundem tunc raritatem.

Potest aut̄ dies tunc dicta, intelligi aut lux predicta, aut ipsius illuminatio, aut spacium 24. horarum.

At prima dies naturalis à plena luce exordium sumēs, aurora & mane caruit: & per vesperam in mane se- quentis

LOCORVM COMMVNIVM
quentis diei tendens, excreuit in spa-
cium supradictum. Postea autem in
mysterio, dies à vespere incepit.

Dicta vero lux, solum superiores
illuminabat partes: nec ita clare, ut
sol modo facit. Vnde nec frustra
quarta post die, sol formatus est. Et
hic aut de eadem luce, vel saltē eam
coniunctam habet.

Psal. 103.
Gene. I.
Hebr. I.
Psal. 32.

Porro Deus pater mundum pro-
ducens, nullum vocis sonitum adi-
dit, sed verbo suo (id est, filio) nō qui-
dem ut instrumento, sed secum opifi-
ce, ex se æternaliter genito, cuncta
creauit.

Caput 14.

Quod nam fuit opus secundæ, tertie,
& quartæ diei?

Super ge.

SEcunda die Deus fecit firmamen-
tum, quod secundum Bedam di-
citur, cœlum sydereum: habetq;
secundum scripturas, aquas supra &
subtus se: quod qualiter cunq; fiat, di-
uinæ tamē virtuti difficile nil in con-
fesso est.

Est autem firmamentum à firmi-
tate dictum, & vna cum syderibus fi-
xis mouetur: planetæ autem singu-
los habet orbes, quibus moueantur.

Die

Die v
sub cœlo
gregauit
riora ap
fructifer
aquarum
aquis ini
cauitate
tis meat
Cūm
opus suu
distinxer
bus ipsu
ornatum
na, & ste
inferior
tum, tem
tur, &c.
libus, &
ceperunt
mentis,
que vlti
quidem i
siderum

Quod
D
ro in aqu

M
a spa-
em in
iores
e, vt
ustra
st. Et
eam
pro-
ædi-
qui-
opifi-
uncta
rtie,

amé-
n di-
betg
ra &
it, di
con

rmi-
as fi-
ngu-
tur.
Die

L I B E R II.

Die vero tertia Deus aquas, quæ sub cœlo sunt, in vnum locum congregauit: ubi tunc alia corpora clariora apparuerunt, herbæ, & ligna fructifera producta sunt. Dicta autē aquarum congregatio, facta est aut aquis inspissatis, aut partim terræ cōcauitates intrantibus: quæ & occul-
tis meatibus sibi continuantur.

Cūm autē præcedentibus diebus opus suum post creationē ipsius deus distinxerit, sequentibus tribus diebus ipsum ornauit. Nam die quarta ornatum est firmamentum sole, luna, & stellis, vt p̄ eas illustretur pars inferior mundi, per quorum & motum, tempora, dies, & anni designantur, &c. Quinta vero die aér volatilibus, & aqua piscibus ornatum acceperunt: & sexta demū die terra iumentis, reptilibus ornata est: post quę ultimo factus est homo, de terra quidem formatus, sed ad cœlum pos-
sidendum ordinatus.

Gene. I.

Caput 15.

Quod nam fuit opus 5. & 6. diei?

Die quinta, Deus ornat aërem & aquam, creans volatilia, eaq; in aéra leuans: pisces ve-
ro in aquis relinquens.

Sexto

LOCORVM COMMVNIVM

Sexto autem die, terras ornatim
mentis, reptilibus, & bestijs de ea for-
matis.

Animalia tamen noxia & venena-
ta, creata fuerunt innoxia: sed homi-
ne peccante, facta sunt noxia, vt per
ea peccata puniantur, & bonorum
probetur patientia.

Eayero, quæ ex putrefactione na-
cuntur, tunc producta non fuerunt,
nisi materialiter.

Nouissime vero factus est homo,
tanq; omnium dominator animaliū.

Apoc. 4.

Die autem septimo Deus quieuisse
dicitur, & opus suū complesse, quod
ultra nouam creaturam non condi-
dit: quæ, scilicet, materialiter vel in
suo simili non præfuerit: res tamen
productas sanctificauit & benedixit.

Itaque die sexto compleuit opus
3. Reg. 8. suum operando: septimo autem ip-
Exod. 20. suum opus sanctificando. Vnde dies il-
le, mystica quadam ratione, dicitur
sanctificatus.

Caput 16.

Cuiusmodi fuit primi hominis
creatio?

Quod

L I B E R II.

Quod scriptura narrat Deum
dixisse : faciamus hominem ad
imaginem & similitudinem no-
stram, intelligendum est, locutum pa-
trem ad filium & spiritum sanctum, 1. Cor. II.
non autem ad spiritus quoscunque
creatos Nam aliorum spirituum ut
angelorum , non est eadem imago
cum Deo.

Nec homo factus est ad imaginem
vnius personæ, sed totius trinitatis.
Vnde falsum est, quod quidam dixe-
runt , per imaginem filium intelligi
debere, & non hominem.

Nec approbandum, quod alij di-
cunt per imaginem intelligi filium,
& per similitudinem spiritum san-
ctum.

Est ergo homo factus ad trinita-
tis imaginem secundum naturam,
scilicet, anima , & ad similitudinem,
quo ad superaddita, ut sunt virtus &
innocentia.

Dicitur autem filius imago pa-
tris, non ad imaginem: quia non crea-
tus, sed natus æqualis est patri , & in
nullo dissimilis. Homo vero imago
Dei, & ad imaginem dei dicitur, quia
non æqualis est creatus : & per hoc
longè distans à filio Dei in imaginis
ratione.

Caput

Gene. I.

Aug. lib.

7. de Tri.

Aug. lib.

15. ca. 21.

de Trini.

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 17.

Quid sentiendum de animarum
origine?

ANIMAM HOMINIS Deus nec de
sua substantia, nec faucibus
inspiravit, vti nec manibus
corporeis corpus formauit, sed de ni
hilo creans corpori voluntatis im
perio de terra facto flantis ad modū
indidit.

Esa. 37.

ANIMÆ HUMANÆ IN CORPORE CREA
TUR, & CREANDO INFUNDUNTUR, & INFUN
DENDO CREATUR.

EST AUTEM HOMO NON VIRTUTE NA
TURÆ, SED DIVINA, IN ÆTATE VIRILI, & EX
TRA PARADISUM CREATUS: & DEINDE
TRANSLATUS IN PARADISUM, VT (QUIA IN
DE PELLENDUS ERAIT) AGNOSCERET EX GRA
TIA, NON EX NATURA ILLIC SE FUISSE.

Exod. 7.

QUI QUIDEM LOCUS, LICET SECUNDUM
QUODAM FIT CORPORALIS, SECUNDUM A
LIOS AUTEM SPIRITALIS: POTEST Tamen
DICÌ ESSE VTRUNGQ.

*Aug. lib.
7. cap. 14.*

CORPORALIS ENIM EST LOCUS À TERRA
HABITABILI LONGÈ DISTANS, ALTITUDINE
VSQ; AD GLOBUM LUNAREM PERTINGÉS,
GERENS SPIRITALITER TYPUM ECCLESIE
PRÆSENTIS VEL FUTURÆ.

Gene. 13.

IN QUO ERANT LIGNA DIUERSA, INTER
QUÆ

quæ vnu
fructus d
conserua
Erat autem
ni & mali
est, dum
stans, bo
rimento c

Quæ

I NTRA P
EST À D
ILLIC P
EUM ADDU
IMMISIT DE
VNA DE CO

NOLUIT
MUL CUM
DENDAM D
CIPUM ALI
VT SIMILITU
RUM PRINC
FIERET MAN

EST AUT
PITE, AUT P
NON DOMI
LIUS HABER

Factum

VM
RUM
nec de
ucibus
anibus
d de ni
tis im
modū
e crean
zinfun
ite na
i, & ex
deinde
uia in
ex gra
e.
indum
dum a
tamen
à terra
tudine
ingēs,
cclesiae
, inter
quæ

L I B E R II.

quæ vnum dictum lignū vitæ, cuius
fructus diuinitus acceperat virtutē
conseruandi à morte & infirmitate.
Erat autem ibi & lignum scientię bo
ni & mali, quod sic ab euentu dictum
est, dum homo de eo prohibito gu
stans, boni & mali distantiam expe
rimento didicit.

Caput 18.

Quæ fuit prima mulieris for
matio?

Intra paradisum mulier formată
est à Deo. Postquam enim Adam
illuc positus est, & animalibus ad
eum adductis, nomina imposuerat,
immissit deus soporem in ipsum, & ex
vna de costis eius, Euam formauit.

Noluit autem Deus mulierem si
mul cum viro creare:tum ad confun
dendam diaboli superbiam, qui prin
cipium aliud à Deo esse voluit: tum
vt similitudo Dei, qui est omnium re
rum principium, in homine per hoc
fieret manifesta.

Est autem mulier facta non de ca
pite, aut pedibus, sed de costa viri: vt
non domina aut ancilla, sed socia il
lius haberetur.

Factum autem id est eo dormien
te, ne

LOCORVM COMMUNIVM
te, ne scilicet dolorē sentiret, & Deus
potentiam suam in non excitando
eum per hoc ostenderet: vtq; profu-
xus sacramentorum de latere Chri-
sti figuraretur.

Nec ad costam illā aliqua fuit ad-
dita materia, sed (vt cūm quinque pa-
nes sunt multiplicati) materia illa
virtute Dei fuit multiplicata.

Licet autem angeli (vt quibusdam
placet) ministrauerint, solus tamen
Deus, quod creationis est, effecit.

Neque organizatio corporis illi-
us fuit ex aliqua ratione seminali,
sicut in rebus natura pductis fieri so-
let, sed virtute diuina supernaturali.

Anima vero ipsius mulieris non
(vt quidam sentiebant) de anima A-
dæ, cūm indiuisibilis sit ac incorrup-
tibilis, formata est: nec prius etiam
est creata, sed creando (vt cæteræ) in-
fusa, & infundendo creata.

Caput 19.

Quis fuit primorum hominum, quod
ad corporis attinet qualita-
tes, ante peccatum
status?

III

I N in-
lis er-
talis.
& non m-
Habu-
ri: post pe-
post resu-
terit mor-
suis homi-
vnde & n-
mortuū, p-
post resu-
le, nec cil-
Atque
buit ex ce-
adiumenti
tiendum o-
sam fuisse
eum habi-
nem, vt l-
permaner-

Qualis f-
pro-

E Tria-
min-
abs-

I V M
& Deus
citando
profu-
re Chri-

fuit ad-
inque pa-
teria illa
a.
ibusdam
is tamen
fecit.
oris illi-
ninali, si-
s fieri fo-
naturali.
eris non
anima A-
ncorrup-
uis etiam
eteræ) in-

um, quod
alita.

In ihu

L I B E R . II.

INNOCENTIÆ STATU HOMO MORTA
lis erat quodam modo, & immor-
tal is. Poterat enim mori, poterat
& non mori.

Rom. 8.

Gene. 2.

Habuit ergo tunc posse non mori: post peccatum habet necesse mori: post resurrectionem autem non poterit mori. Erat ergo tunc corpus ipsius hominis animale: cibis indiges, vnde & mortale: sed postea factum est mortuum, necessitatē moriendi habes: post resurrectionē vero erit spirituale, nec cibis egens, nec mori potens.

Atque hanc immortalitatem habuit ex conditione naturae, vna cum adiumento ligni vitae. Neq; enim sensu 6. ca. 25. Gene. 2. tiendum est totā immortalitatis causam fuisse ei ex ligno vitae, sed hanc eum habuisse corporis constitutio- nem, ut ligni huius usu immortalis permaneret.

Aug. lib.

6. ca. 25.

Gene. 2.

Caput 20.

Qualis futura erat humani generis
propagatio, si non peccas-
sent primi pa-
rentes?

ETIAM IN INNOCENTIÆ STATU HO-
MINES FILIOS GENERASSENT, sed
absq; libidinosa cōcupiscentia: sup. Gene.
D 2 genita-

Aug. lib.

8. cap. 103

sup. Gene.

LOCORVM COMMVNIVM
genitalibus enim membris ad hoc
opus, vt ceteris, volūtate vñi fuissent.

Quod autem non generauerint,
inde euenit, quia Deus hoc nondum
præceperat, & paulo post mulieris
formationem peccauerunt.

Vtrum autem si in paradiso gene-
rassent, parentes illic relicta posteri-
tate, statim translati fuissent ad re-
quiem beatitudinis, an expectassent
vñiuersi quoisque beatorum nume-
rus compleretur, ex scripturis sacris
certum non est, quanquam priorem
ferè sententiam hodie doctores am-
pleteuntur.

Generassent autem etiam illo sta-
tu filios pro angustiis vteri materni
pusillos: qui & statura corporis, & lo-
quela, alijsq; huiusmodi tēporis suc-
cessione profecissent. Nam vt suprā
dictum est, cibis quoque in eodem
statu indigebant.

Sed & in hs, que pertinent ad ani-
mam, cum tempore profecissent: ne-
que tamen eis fuisse rerum inscita,
nec ob id ignorantia dici potuisset,
eo quod illa necdum scire teneban-
tur.

Parauerat ergo Deus homini sicut
L. Cor. 15. bonum temporale & visibile pro na-
tura corporis, sic & inuisibile & spi-
rituale

V M
ad hoc
uiscent.
uerint,
ondum
ulieris

L I B E R II.

rituale pro anima. Vnde si in præcepto Dei seruando perstiteret, ad requiem tandem beatitudinis nullius mortis interuentu ipse cum tota posteritate fuisset translatus,

Caput 21.

Quis modus & ordo tentandi pri-
mos parentes?

INVIDENS Diabolus homini, Aug. lib.
quem per obedientiam ascensu- 11. c. 2. in
rum sciebat, vnde per superbiam Gene.
ipse corruerat, in debiliori eum par-
te, scilicet muliere, tentare aggressus
est: dolo supplatare volens, quos vir-
tute superare non poterat.

Exhibuit se autem illi in specie,
nō qua voluit, sed qua permisus est,
serpentis nimirum, qua fraus eius fa-
cile agnosci posset. Loquitur est autē
per serpentem tanquam instrumen-
tum (vt olim angelus bonus per asi- Num. 22.
nam Balaam) quem tamen mulier lo-
quelam à Deo accepisse credebat.

Interrogatiōe sollicitauit: vt qua
via tentando incederet, ex mulieris
diceret responsione. Vnde cum quasi
dubitando responderet mulier, sta-
tim intulit quod voluit: metum, scili-
cet mortis, si comedenter, mendaci-

D 3 ter ex-

Gene. 3.

LOCORVM COMMUNIVM
ter excludens, & diuinitatis excellen-
tiam falso promittens.

Tentauit autem eam de gula, de
vana gloria, & auaritia, per dictam
promissionem.

Est nempe duplex tentatio, exterior
scilicet, & interior: quæ ultima quan-
doq; ab hoste tantum fit, sine peccato
tentati: quādoq; à carne, & tunc raro
est sine peccato: quæ quia difficilior
est, quam exterior, qua homo ceci-
dit, ideo grauius puniendus erat.

At quamuis leuem habuit ad pec-
candum occasionem, quia tamen al-
terius suasione peccauit, ideo curabi-
lis fuit: non autem diabolus, qui nul-
lo fraudente peccauit: maximè vero,
quia non tota angelica natura ceci-
derat, ut humana, per quam & ange-

Matt. 22. lica ruina fuerat reparanda.

Præceptum autem Domini, de non co-
Aug. lib. medendo, utriq; datum, ad mulierem
8. ca. 16. su per virum conuenienter peruererat,
per Genes. eo q; ipsa viro subdita esse debebat:
quos & Deus fecerat, ut inuicē loqui
possent, & ab alijs (si essent) discere.

Caput 22.

Quæ fuit prima origo & radix
transgressionis?

Primi

L I B E R II.

Primi primorum parentum pec
cati origo, fuit quædam præsum
ptiois elatio, ex qua primo mu
lier, post vir in peccatum consenit: quæ
quidem non diaboli suggestionem, 1. Cor. 14.
sed opus tantum peccati præcessit. Rom. 5.

Quæ tamen aliter in animo mulie
ris fuit, ut quæ serpenti crediderit,
non autem vir: vnde & aliter quam
mulier illectus fuit.

Hinc etiā & grauius peccauit mu
lier: tum quod serpenti contra Deum
crediderit: tum quod elatè nimis se
æqualē Deo fieri posse putauit: quod
vir non fecit.

Deniq; et si mulier peccauit ex ig
norantia qua seducta est, vir autem
seductus non est, non tamen ignora
uit Dei præceptum: vnde nec hinc
excusari potest. Non enim omnis ig
norātia excusat, sed inuincibilis tan
tum: Vincibilis aut̄ potius aggrauat.

Porro cū hominis natura bona es
set sine vitio, cōsensus mali ex libero
voluntatis arbitrio processit, diabo
lo peccati illecebram suggestente.

Vnde nec voluntas mala inquan
tum actus, peccatum præcessit: licet
in quantum quædam natura seu na
turalis potentia.

D 4 Caput

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 23.

Cur passus est Deus primos paren-
tes tentari, quos præscie-
bat casuros?

Lib. II. ca.
4. super
Genē.

Lib. 24. de
ciuiet. Dei.
cap. 26.

Aug. in
Genē. lib.
II. cap. 18.

ADeam questionem meticulo-
se respondēs Augustinus, cau-
sam hanc adfert tanquā pro-
babilem, quod non magnē laudis fu-
turum videbatur, si propterea benc
viuere possent, quia nemo malē viue-
re suaderet: cum natura posse, & in
potestate haberent velle non conser-
tire suadenti, Deo iuuante.

Cur autem omnino creat, quos
omnino casuros præscierit, respon-
det Augustinus: Cur nō, inquit, crea-
ret Deus, quos peccaturos esse præ-
sciuit: quādo quidem in eis & ex eis,
& quid eorum culpa mereretur, &
quid gratia donaretur, posset ostendere?
Quanquam sobrie & circum-
specte in his, similibusq; quæstioni-
bus versandum est.

Dedit autē homini mox cūm crea-
uit, scientiam rerum creatarum, sui
ipsius, & creatoris, per quandam in-
teriorē inspirationē, longē tamē
infra eam, quæ in patria est: qua quid
cuiq;

L
cuique de
Et qua
habuerit
scientiam
futura er

Quale' n
tun

P
Rāt
rect
dedi
quod in a
manere p
tūm, vt pe

Duplic
vires, sup
riores, m
iudicat, a
deinde vo
rat, vel re
inferiorit
sunt sensu
est, appeti
tatem vul
cultates a
In hac col
periores i
tas, sunt h
cantur yit

M
ren-

culo-
s, cau-
pro-
dis fu-
benc
viue
& in
onsen

quos
pon-
crea-
præ-
x eis,
ar, &
osten-
cum-
ioni-

crea-
i, sui
n in-
tamē
quid
cuiq

L I B E R II.
cuique deberet satis agnouit.
Et quamuis agendorum tantam
habuerit scientiam, non tamen præ-
scientiam habuit eorum, quæ circa
futura erant.

Caput 24.

*Quale'nam adiutorium gratie dae-
tum est primo homini?*

PRæter bonam voluntatem, qua
rectus factus est primus homo,
dedit ei Deus & adiutoriū, per
quod in accepta iustitia, si vellet, per-
manere posset: quanquam non tan-
tum, ut peccare omnino non posset.

Duplices sunt in homine animæ
vires, superiores & inferiores. Supe-
riores, mens seu ratio, qua de rebus
iudicat, ac bona discernit à malis:
deinde voluntas, quæ vel obtempe-
rat, vel repugnat iudicio rationis, &
inferioribus imperat. Inferiores,
sunt sensus & sensuum affectus, hoc
est, appetitus sensitivi, quos sensuali-
tatem vulgo appellamus. Reliquæ fa-
cultates animæ huc non pertinent.
In hac collectione virium animæ su-
periores illæ, id est, ratio & volun-
tas, sunt homini propriæ, & ob id vo-
cantur vires humanæ: posteriores eti-

D 5 am bru-

LOCORVM COMMVNIVM
am brutis sunt communes Porro ra-
tionis D. August. duas facit partes,
vel differentias , superiorem & infe-
riorem, quarum altera ēternis inten-
dit, altera ad temporalium prospicit
dispositionem.

I.Cor. II.

Rom. 6.

Ioan. 13.

Luc. 22.

Gene. 2.

Cant. 4.

Obrepit autem nobis peccatum,
simili quadam ratione , qua persua-
sum est primis parentibus. Ut enim
serpens malum suæ sit mulieri, ipsaq;
deinde consensit , postremo & viro
suo dedit, sicq; consummatum est pec-
catum: ita & nunc inest nobis sensua-
litas serpentis vice: p muliere inferi-
or portio ratiōis, pro viro superior.

Iam si motus peccati in sola sit sen-
sualitate, nondū est peccatum. Si ve-
ro inferior pars rationis consense-
rit, vt sola cogitationis delectatione,
sine perficiendi voluntate teneatur,
peccatum est, interdū etiam lethale.
Atq; hoc est mulierem comedere. At
si accedat etiam plena perficiendi vo-
luntas, vt si adsit facultas, etiam ope-
re impleatur, iam omnino consum-
matum est peccatum. Atq; hoc est vi-
rum comedere.

Illud autem obseruandum, sensua-
litatis nomine, interdum non eam
tantum facultatem intelligi, quæ no-
bis cūm brutis communis est: sed &
infe-

inferior
in mulie-

Q
Ibe
iuc
& I
di. Libert
priè in ec
suęq; pot
nibus, &
cessitate a
ceptet, qu
uenientiu
diatis. Q
trij actus,
rere necet
tum ipsan
quibus po
passe vide
ad ratione
est discerni
Libertatis
ad vtrum

Liberti
Deus, ang
sus ab om
peccati ser

In nobis
diversa q

M
rōra
rtes,
infe-
inten-
spicit

L I B E R II.

inferiorem animæ portionem, cuius
in muliere typum esse diximus.

Caput 25.

Quid liberum arbitrium?

Liberum arbitrium est facultas iudicandi de suis actionibus, & liberè aliud præ alio eligen-
di. Libertas enim arbitrii purè & pro priè in eo sita est, vt sit quis sui iuris suęcę potestatis in dijudicandis actio-
nibus, & vt inter plura sine vlla ne-
cessitate aut coactione sumat seu ac-
ceptet quod pro loco & tempore con-
uenientius esse iudicat, cæteris repu-
diatis. Quare duplex est liberi arbitrii actus, & in eius officium concur-
rere necesse, tum rationis iudicium,
tum ipsam voluntatis electionem: à
quibus potentiss nomen etiam usur-
passe videmus. Siquidē Arbitrii vox
ad rationem pertinet, cuius officium
est discernere inter bonum & malū.
Libertatis nomen ad voluntatē, quæ
ad utrumlibet flecti potest.

Libertatem arbitrii habet etiam
Deus, angeli, & homines beati: pror-
sus ab omni inconstantia, atque etiā
peccati seruitute alieni.

In nobis secundū status diuersos,
diversa quoque inuenitur libertas,

D 6 In Itag

LOCORVM COMMUNIVM
In statu namque primo potuit homo
peccare, & non peccare: in beatitudi-
Luc. 15. ne non poterit peccare. Ante repara-
tionem non potest non peccare mor-
taliter: post reparationem autem, ve-
nialiter.

Vnde pater, peccato vulneratum
esse liberum arbitrium, in his quæ na-
turalia, & gratuitis donis spoliatū,
ad quæ sine gratia restituī nō potest.

Est autem triplex libertas, scilicet
à coactione, quæ manet homini sem-
per: à miseria, & hanc libertatem ha-
buit in statu primo, & habebit in glo-
ria: & à peccato, quam per gratiam
assequitur in via.

Injustitia vero destitui: non liber-
tas, sed seruitus est dicenda.

Quamuis autem & posse bonum
& malum, utrumque sit à libero arbi-
trio, tamen alterum habet ex se: alte-
rum autem à gratia, sine qua ad bo-
num liber non est.

Hinc & liberum arbitrium per pec-
catum quodam modo corruptum est
& imminutum, eo quod ante pecca-
tum poterat moueri ad bonum, potest
autem non sic.

Neque enim libertas naturæ seu à
coactione sufficit ad bonum agen-
dum, nisi gratia concurrente. Non
enim

L
him est c
Dei per gr

Quæ oper

D V
re
præparat
rantem, r
effectu ve

Hinc
hominen
rari ex l
cum dica
tis nequ
Dei. Neq
miseretu
ideo vul
miseretur
tur, qui l
nit & pra
tam, ade

At ea
rans & c
ueniens

Quæ
des est d
tem bo
sed natu

L I B E R . II.

enim est currentis, nec volentis, sed Rom. 9.
Dei per gratiam miserentis.

Caput 26.

Quæ operans & cooperans gratia?

Duplicem Deus gratiam libe-
re confert arbitrio: operan-
rem, nempe qua voluntatem
præparat, ut bonum velit: & coope-
rantem, ne frustra, sed ipsa re atque
effectu velit.

Hinc malè sentit hæreticus, putās
hominem posse & velle bonum ope-
rari ex libero arbitrio sine gratia, Rom. 9.
cū dicat Apostolus: Non est volen-
tis neque currentis, sed miserentis 1. Cor. 15.
Dei. Neque enim ideo Deus alicuius
miseretur, quia velit & currat: sed
ideo vult & currit, quia Deus eius
miseretur: ita ut totum Deo tribua-
tur, qui hominis voluntatem præue-
nit & præparat, & adiuuat præpara-
tam, ad efficaciter operandum.

At eadem gratia, quæ dicta est ope-
rans & cooperans, quandoq; & præ-
ueniens & subsequens nominatur.

Quæ operans seu præueniens, fi-
des est dilectioni coniuncta, volunta-
tem bonam non quidem tempore, Psal. 58.
sed natura & causalitate præcedens: Matt. 5.
Luc. 11.

D 7 ab ipsa

L
LOCORVM COMMVNIVM
ab ipsa voluntate, non aliquo merito
acquiritur, sed à deo gratis datur:
habita tamen gratia, ipsamq; comi-
tans voluntas, multa alia Dei dona
præcedit.

Ordinem gratiarum hunc consti-
tuit Augustinus. Principio datur in-
tellectus & cognitio boni, vt nimi-
rum ydeas quām vtilis & honesta
iustitia sit. Proximū est eiusdem con-
cupiscentia seu desiderium. Ac de-
mum, vt iustitiam cum delectatione
opereris.

Porro quoniam multi habent bo-
ni desiderium, quod tamen nondum
queunt perficere: estimari facile po-
test, quām fit alia atque alia operan-
tis atque cooperantis gratiæ vis &
ordo, licet eodem fonte promanet.

Sunt autem tria bonorum gene-
ra: magna, vt virtutes, quibus nemo
malè vti potest: minima, & bona tem-
poraliz: & media, vt potentiae ani-
mæ: quibus vltimis duobus, & bene
& malè homines vti possunt. In me-
diis autem bonis etiam liberum ar-
bitrium continetur: cuius etiam bo-
nus usus, virtus est, quæ in magnis
bonis computatur, quæ omnia à deo
esse constat,

Caput

Caput 27.

Quid uirtus eiusq; actus?

Propriè virtus nō est vel actus,
vel usus, sed bona mentis qualitas, qua rectè viuitur, & qua nullus male vtitur, quam Deus solus in homine operatur.

Virtutes enim Dei dona sunt, non autem à natura nobis insitæ. Hinc etiam de gratia fidei ait Apostolus: Gra-
tia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est.

Quamuis autem nullum sit in homine meritum, sine libero arbitrio: principalis tamen merendi causa est gratia gratum faciens, qua voluntas hominis sanatur & iuuatur. Vnde ex gratia & libero arbitrio boni animi motus, & meritum procedit.

Vnde & per gratiam virtutes mereri rectè dicuntur, ex quarum actibus iustè viuimus. Hinc quod suprà dictum est, usum liberi arbitrij vir-
tutem esse, pro actu virtutis est acci-
piendum.

1. Cor. 13.

*Aug. de
gratia &
libero ar-
bitrio.*

Hinc etiam male opinati sunt, qui & charitatem & similes virtutes, mo-
tus animi esse dicebant, cum sint vir-
tutes animum ad actum mouentes:

iuxta

LOCORVM COMMVNIVM
Tractat⁹ iuxta quod & verbum Augustini ac-
40. in Io- cipiendum est, quo dicit, fidem esse,
annem. credere quod non vides: hoc est, fides
est virtus mouens ad credendum id,
quod non vides.

Caput 28.

Quid sentiendum de gratia & li- bero arbitrio?

Aug. lib. 1. Rerac. cap. 4. **I**ndubitanter tenendum est, libe-
rum arbitrium sine gratia praeue-
niente & adiuuante ad salutem
non sufficere, nec meritis nostris gra-
tiam aduocari, sicut tamen hæresis
asseruit Pelagiana: quæ adeo gratiæ
Dei refragatur, ut omnia ipsius man-
data inplere hominem sine ea posse
dicat: quasi gratia non detur, nisi vt
facilius mandata impleantur: rur-
sus quasi ipsum liberum naturæ ar-
bitrium sit illa gratia, sine qua nihil
boni facere valemus, Deo per legem
nos instruente. Itaq; per hæc conce-
debant Pelagiani, dari quidem gra-
tuitò scientiam, at non charitatem
& gratiam: sed quasi ex meritis eam
acquiri.

Desiruunt autem & per hoc Eccle-
siæ orationes. Et insuper parvulos,
sine originalis peccati vinculo, nasci
contendunt.

Quæ

Quæ ve-
ferebant
nihil pro
Igitur
inquit) sic
dicamus
xilio: & ta-
nichæo d
vitare nō
louinianc
posse pecc
lagij elidi

Quæ gr

N E C
la ue
berat à ser
lo statu nu
bus resiste
uerare vel
batiam p
natum si
gratiæ.

Habui
& similes
amisit.
Hinc &

M
i ac
esse,
fides
m id,

li

libe-
ræue
utem
is gra
eroris
ratia
man
posse
nisi vt
rur-
æ ar-
nihil
egem
once
a gra-
tatem
s eam

Eccle
ulos,
nasci
Quæ

L I B E R II.

Quæ vero ex Augustino pro se af-
ferebant Pelagiiani, rectè intellecta
nihil pro eis faciunt.

Igitur liberum (vt Hieronymus In expre-
sione fidei
inquit) sic confitemur arbitrium, vt
dicamus nos semper indigere Dei au-
xilio: & tam illos errare, qui cum Ma-
nichæo dicunt hominem peccatum
vitare nō posse, quam illos, qui cum
louiniano asserunt hominem non
posse peccare. Quo simul & error Pe-
lagij eliditur.

Caput 29.

Quæ gratia fuit homini ante pec-
catum necessaria?

NECESSARIA fuit homini ante
lapsum gratia, non illa præ-
ueniens, quæ voluntate in li-
berat à seruitute peccati, vt quæ in il-
lo statu nulla fuit: sed qua tentationi
bus resisteret, & in finem usque perse-
uerare vellet. Nam vt id posset, habe-
batiam præsens, vna cum natura do-
natum sibi in creatione auxilium
gratiæ.

Habuit autem virtutes, vt iustitiæ
& similes, quas tamen per peccatum
dimisit.

Hinc & in peccati pœnam à volu-
ptatis

L
LOCORVM COMMVNIVM
ptatis horto exclusus fuit, similiter
ab esu ligni vitæ prohibitus. De quo
(non quidem post peccatum, sed an-
tè) comedens viuere in æternum po-
terat.

Gene. 3.

Rom. 8.

Vnde quod in Genesi legitur: Vi-
dete ne sumat de ligno vitæ, &c. acci-
piendum est, scilicet quo indignus
nunc est, de quo dum ante peccatum
comedisset, immortalis esse poterat.

Et in hunc etiam modum posita
est custodia, ne ad paradisum homo
rediret.

Aug. su-
per Gen.
lib. II. c. 4.

Rom. 13.

Quanquam autem de ipso ligno
vitæ ante peccatum manducasse pro-
babiliter putari potest, non tam sta-
tim immortalitatem perennem asse-
cucus est: quia ad hanc consequen-
dam requirebatur sœpè iterata eius-
dem ligni comedio.

Rom. 5.

Aug. lib.
de bapt.
cap. 5.

ID peccatum, quod (iuxta Aposto-
lum) per primum hominem in-
mundum intravit, non actuale,
sed originale debet intelligi.
Quod nec solo imitationis exem-
plo, (vt Pelagiani dicebant,) cum ita
foret

Caput 30.
Quid est peccatum originale, & quo
modo contrahitur?

foret actu
pagationi
Est ita
veritatem
rente per
ducta. Qu
minis, se
vitiosa ha
desideria
Quæ i
iam lex m
cati, iam l
concupisc

Quod
bedientia
in quo vo
ri necessari
ri enim ha
fuerunt i
tionem, &
descendu

Quomo
orig
n

D
sa
ri

L I B E R . II.

foret actuale cuiuslibet, sed vitio propagationis in posteros derivatur.

Est itaque hoc peccatum secundum veritatem, culpa quedam à primo parente per originem in posteros traducta. Quae quidem non est actus hominis, sed concupiscentia quedam vitiosa habitualis, concitans in ipso desideria prauitatis.

Quae iam dicitur languor naturæ, iam lex membrorum, iam fomes peccati, iam lex carnis, concupiscentia, concupiscibilitas vel tyrannus.

Quod quidem peccatum ex inobedientia primi prouenit parentis, Rom. 3. in quo voluntarium fuit licet poste Psal. 50. ri necessario ipsum incurvant. Cate Eccle. 26. ri enim homines secundum corpora fuerunt in Adam per seminalem rationem, & ex eo lege propagationis Matt. 15. descendunt.

Caput 31.

Quomodo transfunditur peccatum
originale, secundum car-
nem neq; an secundum
animam?

D'Augustinus etiam senex nō satis assequutus est anima- rū originem ytrum videlicet à paren-

LOCORVM COMMVNIVM

à parentibus propagentur, an cre-
tur à Deo ad singulorum hominum
natiuitatem. Quod non satis cape-
ret, quia animarum creatio consis-
teret cum originis peccato. Verum ob-
tinuit nunc posterior sententia, re-
ceptumque est, originale peccatum pro-
pagari non secundum animam, sed
secundum carnem.

Transcitur enim à parentibus ca-
ro in feruore libidinis, carnali con-
cupiscentia infecta: ex cuius deinde
contactu, & ipsa anima dum infundi-
tur, polluitur, sique rea concupisce-
tiæ illius, quæ suprà originalis vo-
catur.

Est autem hoc peccatum in car-
ne, nō tanquam in subiecto, cùm ipsa
culpæ subiectum esse non possit: sed
sicut in causa ipsum virtualiter con-
tinente.

Est itaque ipsum originale qui-
dam carnis defectus & fecunditas, quæ
ipsius vitium & corruptio rectè dici
potest, quam & in carne ante animæ
infusionem esse patet, quum ipsa ille
co commaculatur.

Nec mirum filios originale trahe-
re à parentibus baptizatis, quorum
iam originale dimissum est, cùm &
ab homine circunciso, filius habens
præpu-

l
præputiu-
gato arist
parte gen-
sed secund

Vocatu-
catum, e
ipsum co-
nalem co-

Quomo-
origi-

REn
na
pit
mum rem
minuitur
go concup
tu: sicut co
tu manet,

An ver
te, quam c
tismo libe
tia: sed li
sisse viden
Dictæ:
causam es

M
green-
inum
cape-
nsiste-
m ob-
a, re-
si pro-
i, sed

us ca-
i con-
einde
fund-
iscer-
is yo-

car-
n ipsa-
t: sed
con-

qui-
que
è dici
nimæ
sa ili-
rahe
orum
im &
bens
cpu-

L I B E R - II.

præputium nascatur, & ex grano purgato arista. Neque enim parentes, ea parte generant, qua iustificati sunt, sed secundum carnem.

Vocatur autem originale hoc peccatum, eo quod ab origine proles *psal. 50.* ipsum contrahit, vi carnis per seminalem commixtionem libidinosè.

Caput 32.

Quomodo auferitur per baptismum originis peccatum, remanente concupiscentia concupiscentiae?

Remittitur in baptismo originalis culpa: quamuis concupiscentia etiam post baptismum remaneat, quæ tamē per ipsum minuitur & debilitatur. Remanet ergo concupiscentia actu, & transit reatu: sicut contrà actuale peccatum reatu manet, actu transit.

Rom. 9.

An vero etiam ipsa caro à fecitate, quam conceptione contraxit, baptismo liberetur, variæ sunt sententiae: sed liberari omnino patres sensisse videntur.

Dictæ autem cōcupiscentiæ deum causam esse, qua pœna est, non dubium est: li-

LOCORVM COMMV NIVM
est: licet qua culpa est, a diabolo sit &
a primo peccante.

Imputatur vero animæ originale,
non quasi cum infunditur carni ma-
culatæ cōdelectetur, etenim sic actua
le peccatum esset: sed ob id quod pri-
mi hominis anima peccatrix carnem
infecit, a qua vterius anima proli
occulta carnalis concupiscentiæ ta-
be inficitur.

*Aug. de
ciuit. Dei,
lib. 14. c. 3.* Est autem peccatum originale ne-
cessarium, eo quod vitari non potest:
at voluntarium est ideo, quod ex pri-
mi hominis voluntate processit, yn-
de & alijs ipsum contrahunt.

Quo non obstante, Deus animam
carni, coniungit secundum suæ bene-
placitum voluntatis, ut sic seruetur
propagationis humanæ institutio.

Ex quibus patet animas, dum cor-
poribus infunduntur, non omnino
tales manere, quales a Deo creantur,
cum ex mundis fiant inquinatae.

Quæ nec æquales a Deo creantur,
sed aliæ alijs, in naturalibus quoque
potiores.

Caput 33.
Nullum' ne aliud præter originis pec-
catum ad posteros traducitur?
Actus.

AT
ve
ab
alio qui ne-
rum, qui
decedunt,
Quam
dam dicer
lia parent
assertiū, s
Nec ob
tur: In init
Ibi enim p
morem scri
Quanq
tum pecca
cumentum
grauissim
spiritum si
ro remissi
totam nat
ne grauita
in Adam t
na natura
na intuliss
nam æterri
exe sequi

Porro i
non puniu
dem filij in
intelligi o

L I B E R II.

ACTVAlia parentum suorum,
vel etiam priorum , paruuli
ab origine non contrahunt:
alio qui non esset mitissima pœna eo
rum , qui sine baptismo in originali
decedunt, vt tamen August. afferit.

Quamuis autem idem in quibus- *Ench. ca.*
dam dicere videatur, eos etiam actua ^{93.}
lia parentum contrahere, hoc non
assertiuè, sed magis inquisitiuè dicit.

Nec obstat, quod in psalmo dici- *Psal. 50.*
tur: In iniuritatibus conceptus sum.
Ibi enim plurale pro singulari, iuxta
morem scripturæ ponitur.

Quanquam etiam priorū paren-
tum peccatum maximum intulit no-
cumentum: non tamen fuit omnium
grauiissimum , vt patet de peccato in
spiritum sanctum, quod nec in futu-
ro remissibile dicitur. Deniq; quod
totam naturam corrupti, non ratio-
ne grauitatis suæ prouenit, sed quia
in Adam tota tunc consistebat huma-
na natura. Quod etiam maiora dam-
na intulisse dicitur, non quo ad pœ-
nam æternam , sed quo ad defectus
exequentes, accipi debet.

Porro in filijs parentum peccata
non puniuntur, nisi in quibus eorum
dem filij imitantur nequitiam. Et sic
intelligi oportet scripturas , quæ di-
cunt

Matt. 12.

LOCORVM COMMVNIVM
cunt in filiis parentum peccata vissi-
Ezech. 18. tari. Nam & alia scriptura dicit: filius non portabit iniuriam patris.

Caput 34.
Quæ causa & origo mali?

ORIGO & causa prima primi peccati, res bona fuit, nimirū liberum arbitrium, cum antē primum peccatum nullum malum extiterit: & hoc in primo angelo peccante initium cepit.

Sequentium tamen peccatorum causa, fuit prima voluntas mala. Ac per hoc causa peccati prima, bona est, non autē secundaria & proxima.

Omne quoque malum, siue pœna siue culpæ, in bono esse oportet: nec subiectum mali esse potest nisi bonū, cum malum non sit, nisi boni corruptio seu priuatio. At ubi bonum non est, ibi nec eius priuatio: ac per hoc nec malum esse potest, sicut nec morbi aut vulnera sunt, nisi in corporibus.

Hinc cūm homo malus dicitur, perinde est ac si dicatur, bonum malum. Nec habet ibi locum dialecticorum regula, quæ habet, contraria in eodem non simul existere, quamvis in con-

L
in contrariis
Neque
pheta imp
num esse m
tur de eo, e
lus efficitur
nam dicer
minem na
lum esse.

Q
DEffici
vel
cor
tas volend
tia verat. V
celestium

Quarum
vltima act
terior, secu
ditur peccatum

Et cūm
interiori q
lius tamen
cedens, vi
mala, scilicet

Quamvis
us actus, m
quantū su

LIBER II.
in contrariis vera comperiantur.

Neque etiam contra est, quod pro *Esa. 5.*
pheta imprecatur: Vae dicentibus bo-
num esse malum. Hoc enim intelligi-
tur de eo, qui causam, qua bonus ma-
lus efficitur (ut fornicationem) bo-
nam diceret: non autem qui dicat ho-
minem natura bonum, ex vitio ma-
lum esse.

Caput 35.

Quid est peccatum?

Definitur peccatum, esse dictum
vel factum, vel concupitum
contra legem Dei. Vel, volun-
tas volendi vel retinendi, quod iusti-
tia verat. Vel, prævaricatio legis, &
coelestium inobedientia preceptorum.

Quarum definitionum prima &
ultima actus tam interior quam ex-
terior, secunda autem interior, osten-
ditur peccatum esse.

Et cum peccatum sit in actu tam
interiori quam exteriori, principa-
lius tamen est in actu interiori pro-
cedens, ut fructus malus ex arbore
mala, scilicet prava voluntate.

Quamuis autem voluntas & ipsi-
us actus, mala quædam dicuntur, in-
quantum sunt contra legem Dei, quia
Etunc

Matt. 12.

L
LOCORVM COMMVNIVM
tunc nihil sunt: bona tamen quedam
dicuntur, inquantum sunt à Deo, à
quo nihil mali esse potest. A Deo au-
tem eos esse patet, alioqui ad ipsius
non pertinerent prouidentiam. Adul-
terium ergo, & huiusmodi, actum sig-
nificant, insuper & actus deformita-
tem, & secundum hanc à Deo non
sunt.

In peccatis quoque omissionis li-
cet negativum quid videatur, tamen
aliquid posituum in eis intelligitur,
scilicet recessus à bono.

Luc.10.

Neque tamen peccatum tale mi-
lum est, quale pœna, quæ scilicet à
Deo est: sed est corruptio actiua, quæ
nihil est. Vnde sic à Deo non est: cor-
ruptio tamen passiua, effectus est pec-
cati. Nam per ipsum anima spoliatur
gratuitis, & homo in naturalibus
quo ad animā & corpus vulneratur.

Caput 36.

Est'ne peccatum unum alte-
rius pœna?

Aug. in
Psal.57.
Rom.1.
Genes.15.

VNius peccati pœnam esse pec-
catum aliud, ex utriusq; testa-
menti scripture ostendi po-
test, ut quod Genesis dicit nondum
completa esse peccata Amorrheorū.

Et Apo-

L
Et Apoca
fordescat

Est au
peccato,
sic est ma
tum corr
catum.

Et lic
peccato c
est pœna
ab alio ca

Absu
dicat etia
nas esse e
sunt, sed
nas, vt c
dicit.

Sed &
milia, sp
annexam
tum non

Quoc
ta quæd
ronymu
se potest
inter se i
nō potet
mortali
ter pecc
taliter, c
tur: qu

M
ędam
Deo, à
eo au-
ipius
. Adul-
um sig-
mita-
o non

nis li-
tamen
gitur,

e m-
licet à
a, quæ
: cor-
est pec-
liatur
alibus
ratur.

=

e pec-
; testa
i po-
ndum
eorū.
Apo-

LIBER II.

Et Apocalypsis: Qui in sordibus est, *Apo. 226*
sordescat adhuc, & sic de alijs.

Est autem hoc intelligendum de
peccato, non in quantum tale: quia
sic est malū, nec est à Deo: sed in qua-
tum corruptio quædam sequens pec-
catum.

Et licet esse corruptionem omni
peccato conueniat, non tamen omne
est pœna peccati: sed illud tantum, quod
ab alio causatur, & est effectus ipfius.

Absurdum tamen non est, si quis
dicat etiam alia quædam peccata pœ-
nas esse eorum, quorum effectus non
sunt, sed essentialiter esse aliorū pœ-
nas, vt de rebellione carnis August.
dicit.

Sed & ira, inuidia, superbia, & si-
milia, spiritualem quandam pœnam
annexam habent, quæ tamen pecca-
tum non est.

Quod autem August. dicit pecca-
ta quædam fieri ex necessitate, Hie-
ronymus vero semper in hominis es-
se potestate peccare, vel non peccare, *Lib. I. R. 4.*
inter se non pugnant: siquidem fieri ad Da-
nō potest, quin iusti quandiu in hac *tract. c. 9.*
mortalitate agitur, sedpercontra vel veniali-
ter peccant: impij vero etiam mor-
taliter, donec gratia Christi liberen-
tur: qua adiuti in potestate habent

E 2 non

LOCORVM COMMVNIVM
non peccare, saltem criminaliter.

Sunt igitur actus aliqui, boni qui
dem essentia: mali autem, inquantu
deordinati, ut peccata: aliqui vero
boni sunt ex genere, ut opera miseri
cordiae: quidam etiam absolute boni
sunt ex causa & fine, & hi sunt perfe
ctè boni.

Caput 37.

Est' ne Deus malorum autor?

Rædictæ sententiæ qua dictum
est, voluntatem malam & acta
mali, inquantus actus aliquid
esse, & bona esse, ac à Deo esse, licet
non inquantum deformitates qua
dam sunt, pluriimi contradicunt, as
serentes ea nulla ratione bona esse,
nec aliquo modo à Deo esse, cum scri
ptum sit: Sine ipso factum est nihil, id
est, peccatum.

Soluuntq; rationem suprà addu
cta, scilicet, Omnia quæ sunt, inquan
tum sunt, bona sunt, & cæt. Dicentes
hoc veritatem habere in esse natura
le, & substantiale habentibus, qualia
peccata non sunt.

Dicunt enim illud, per quod ho
mo fit deterior, quale est peccatum,
à Deo esse non posse: neq; ipsum cau
sam

Ioan. 1.0

sam esse
catum. V
libenter
est soluer
distingue
tum actu
tas: secun
nem diue
sunt & co
Porro
causam n
nomine n
est, sed pe
eset, quo
ciuitate, q
sum Deus
malè quic
autem iut
næ. Sicut
fecisse, id
gitur, scili
ptum est, n
inquantu

Vnde

E X fi
nem
vt à

L I B E R II.

sam esse eius, quod est nihil: ut est peccatum. Verum priorem sententiam libenter amplectimur. Nec difficile est soluere alterius partis rationes, distinguendo inter peccatum in quantum actus, & in quantum deformitas: secundum quam etiam distinctio nem diuersæ autoritates accipi possunt & concordari.

Porro cum dicitur, Deum mali causam non esse, quod omnes tenent: nomine mali pena intelligenda non est, sed peccatum. Alioqui verum non esset, quod dicitur: Non est malum in ciuitate, quod deus non fecit. Et, Ego sum Deus creans malum. Pœna enim male quidem sunt in malis: in quantum autem iustæ sunt, à Deo sunt & bona. Sicut & Deus dicitur mortem non fecisse, id est, hoc pro quo mors infligitur, scilicet peccatum: & tamen scriptum est, mortem à Deo esse, scilicet in quantum pœna est.

Amos. 3.

Ezai. 45.

Sap. 1.

Eccle. 11.

Caput 38.

Vnde uoluntas censetur bona

seu mala?

EX fine suo voluntas rectitudinem vel peruersitatem accipit: *Aug. lib. II. ca. 6. de Trini.*

E ; mala,

L
LOCORVM COMMUNIVM
mala. Est autem finis bonus chari-
tas, qui tamen ad vltiorem finem
ordinatur, scilicet ad Deum. Hinc bo-
næ voluntatis finis est charitas, be-
Psal. 118. titudo, vita æterna, & Deus ipse. Finis
2. Tim. autem malus est delectatio in aliquo
vitioso.

Posunt ergo tam bonæ quæm ma-
lae voluntatis esse plures fines inter-
medii, qui sunt quasi iter quoddam
& via ad vltimum finem peruenien-
di.

Lib. 2. de
serm. do.
in monte,
cap. 24. Cui nec obstat, quod Augustinus
dicit, non posse duos simul fines con-
stitui. Hoc enim verum est, ubi unus
in alterum nō refertur: quod tamen
fit in proposito.

Notandum etiam non idem esse
omnino voluntatem, quæ nominat
potentiam: & intentionem, quæ mo-
tus est, quo ad ipsum finē tendimus,
& finem in quem tendimus.

Aug. lib.
1. cap. 6. An autem etiā idem actus sit, quo
quis vult finem, & ea quæ sunt ad fi-
nem, an vero sint actus diuersi, dubi-
tant nonnulli, potest tamen concedi
vtrumq; sub distinctiōe. Potest enim
in vtrumq; voluntas absolutè & se-
de Trini. cundum se ferri, & sic sunt duo mo-
tus voluntatis: vel in unum propter
aliud, & sic erit unus.

Caput

Qui fit
tas,

V
in
po
ob deordi
Ethic
seu senten
nia esse be
Sed qua
non ita sit
tis, vt me
rius illi di
rum non
modo que
tione ino
eorum m
est, quod
eiusdem g
tatis, eo q
respuendit
voluntati
voluntas
Vtrum
motus, qu
respuuit, a
tiunt: qua
uersos.

Caput 59.

*Qui fit ut cūm naturalis sit uoluntas,
peccatum aliquando
esse dicatur?*

Voluntas quidem de se bona, inquantū, scilicet, naturalis potentia: mala tamē dicitur ob deordinationē, quę in ea cōtingit. Et hīc quidem est modus dicendi, seu sententia eorum, qui dicunt omnia esse bona inquantum sunt.

Sed quæri tunc ab eis potest, cur non ita sit, & in cæteris animæ potentijs, vt memoria & cæteris. Vbi ultius illi dicunt, quod in actibus harum non contingit deordinatio eo modo quo in actu voluntatis: sed ratione inordinatae voluntatis actus eorum mali fiunt. Quod quidē inde est, quod earundem actus non sunt eiusdem generis cum actibus voluntatis, eo quod ad concupiscendū vel respuendum nō ordinantur, vt actus voluntatis, quamvis actibus eorum voluntas abuti possit.

Vtrum autem, idem sit voluntatis motus, quo bonum elitit, & malum respuit, an diuersus, varijs variè sentiunt: quanquā vulgatius est esse diuersos.

E + Caput

*Aug de
fide ad
Petrum*

cap 25.

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 40.

Vnde actiones pensari debent, ut absolute bona sint aut uitiosae?

Aug. su.
Psal. 31.

Matt. 12.

Rom. 7.
Gene. 26.
1. Cor. 6.
Hebr. 11.
Exod. 20

ACTVS exteriores boni sunt quidem omnes, inquantum sunt. Moraliter autem boni aut mali, ex recta vel inordinata voluntate iudicari habent, sic scilicet, ut hi boni simpliciter dicantur, qui bonam ac rectam causam habent ex bona facti intentione, hoc est, ad bonum tendunt finem: mali vero simpliciter, qui ex peruersa procedunt intentione. Hinc & Dominus voluntatem arbori: & fructibus opera comparuit.

Hæc de omnibus actibus vniuersaliter intelligenda sunt: exceptis tamen eis, qui de se mali sunt, vt adulterari & huiusmodi. Hi enim per voluntatem boni fieri non possunt.

Malum nempe etiam si pia intentione fieri videatur, bonam tamen causam veraciter habere nequit. Neque enim bonum potest esse furtum, etiam si ideo fiat, vt pauperi subueniatur, neque rapina: & sic de alijs, quam-

quamuis hantur.

Est' ne

NON per ne etiam rite iusmodi vertitur, ut potest Bonum citur: quarum citum: quaque doque etiam ni, aut spe do autem dignum est quidem minus agere bus tamen Porro' p um est, ita siue venialtas tamen rat: quod deatur, voluntate pr tione sic q

quamvis bonas causas habere videantur.

Caput 41.

*Est' ne omnis infidelium actio
peccatum?*

Non omnis infidelium actio, *Aug. in
peccatum est: sed multa in genere bona operari possunt,
cuam fide carentes: quamvis per huiusmodi vitam beatam non mereantur, utpote extra gratiam facta.*

Bonum namque multipliciter dicitur: quandoque, scilicet quod est licitum: quandoque, quod utile: quandoque etiam quod est aut signum boni, aut speciem boni habet. Aliquando autem hoc bonum dicitur, quod dignum est remuneratione vita: quod quidem modo, licet carentes fide bonum agere non possint, praecedentibus tamen possunt modis.

Porro' peccatum omne voluntarium est, ita ut siue actuale sit mortale, siue veniale, imo & originale, voluntas tamen aliquo modo in eo concurrat: quod cum in originali minus videatur, voluntarium tamen est voluntate primi parentis, & propagatione sit quoddammodo hereditarium.

E 5 Dñi-

LOCORVM COMMUNVM
Denique & sic voluntarium est peccatum, vt nō solum actus malus peccatum dicatur: verum & ipsa voluntas, qua peccatur, peccati nomine ab Augustino censeatur.

Lib. I. Re
tract. c. 9.

Caput 42.

Distincta'ne sunt peccata, interior cō
sensus uoluntatis in rem ma-
lam, & exterior eius-
dem exequitio?

VNum est peccatum, mala vo-
luntas, & actus exterior ma-
lus: nec obstant oppositæ opi-
nionis rationes.

Etsi enim sint duo actus, interior
scilicet, & exterior: quia tamen ex vi-
no sunt contemptu, vnum reputan-
tur peccatum.

Aug. ad
Psal. 79.

Quod vero plus punitur, si quod
intus conceptum est malum, opere
perficiatur, quam si in sola persistat
cogitatione: non ideo est, quia diuer-
sa sunt peccata, sed quia ex pluribus
hoc peccatum procedit.

Nec etiam obstat, quod diuersis pre-
ceptis peccandi voluntas, & opus pec-
cati prohibentur, vt de furto & adul-

L
terio: nam
uersis tam
Transfe-
mul & pec-
tamen re-
manere di-
Notan-
catum si n
cupiditat
more mal
bo, aut co-
aut proxim

Dicitur
delictum

Insupe-
Greg. pa-
riam, irar-
ritiam, g-
riam: ex a-
læ omnes
dam man-
cantur.

Nec tan-
superbia.
mala ori-
etu.

Quod'

L I B E R . II.

terio:nam & charitas cùm vna sit, dì
uersis tamen mandatis est præcepta.

Transeunte autem actu peccati, si-
mul & peccandi voluntate, peccatum
tamen reatu ad pœnam obligante,
manere dicitur.

Notandum etiam, quod omne pec-
catum si mortale est, prouenit aut ex Hier. su-
cupiditate male incendente, aut ti- per Ezec.
more male humiliante: & fit aut ver-
bo, aut cogitatu, & hoc aut in deum,
aut proximum, aut seipsum.

Dicitur autem peccatum à facto:
delictum vero à facti omissione.

Insuper peccatum in septem cap.
Greg. partitur, scilicet in anem glo- Lib. 31. mo
riam, iram, inuidiam, acediam, au- ra. ca. 31.
ritiam, gastrimargiam atque luxu-
riam: ex quibus mortiferè corrupte-
la omnes, quasi ex fontibus quibus-
dam manant. Vnde & capitalia vo- Eccl. 10.
cantur.

Nec tamen per hoc minus rectè ex Aug. su.
superbia, similiter & avaritia omnia Gene. lib.
mala oriri dicuntur, diuerso respe- II. cap. 14.
ctu.

Caput 43.

Quod'nam peccatum est in spiri-
tum sanctum?

E 6 Gram

LOCORVM COMMUNIVM

Luc. 12.

x. Ioan. 5.

*Aug. in
Psal. 67.
& Psal.
847.*

*Aug. lib.
1. retract.
cap. 9.*

GRauissimum omnium peccatorum est id, quod in spiritum sanctum fieri dicitur, quod si nec in hoc seculo, nec in futuro remittitur: nec pro eodem orandum scriptura dicit.

Quod tamen varie à diuersis describitur: nam secundum quosdam est induratio mentis obstinatio, & animus pertinax in malitia, per quam homo fit impoenitens, ac de Dei misericordia desperat, malitiā suam excedere putans diuinam potestatem.

An vero omnis talis obstinatio peccatum in spiritum sanctum dici debeat, etiam ea, à qua homo ante mortem resipiscit & conuertitur, nec ne:duæ sunt opiniones: quarum altera hoc ipsum affirmans, peccatum in spiritum sanctum dicit irremissibile, pro eo quod difficulter remittatur. Altera vero dicens, quod illa solūm obstinatio, quæ est cum finali impenitentia, sit peccatum in spiritum sanctum, sicut & cuiuslibet peccati finalis impenitentia, & hoc ipsum penitus irremissibile dicit, & vtraque est vera secundum modum, quo accipit hoc peccatum.

Definitur etiam hoc peccatum, quod est inuidentia seu oppugnatio frater-

L
ternæ ac su-
tale peccat-
cum finali
lum neget
am sit in pri-
Denique
contra boni
tus sancti c
Quod ta-
sanctum co-
hoc aliæ p
sed quia co-
ritui sancte

Vnde'

O Pin
pot
à nu
aut nobis e
potentiam
dicitur. Sec
est, ex quib
nem non m
etiam pecc
est potesta
nisi à Deo.
astipulante

Neque v

L I B E R II.

ternae ac supernae gratiae: quae tamen
tale peccatum propriè non est, nisi
cum finali impénitentia, quæ non so-
lum neget pénitendi actum, sed eti-
am sit in proposito.

Denique & definitur esse peccatum
contra bonitatem & virtutem spiri-
tus sancti commissum.

Quod tamen non sic in spiritum *Matt. 12.*
sanctum committi dicitur, quasi per
hoc aliæ personæ non offendantur:
sed quia contra appropriatum sit spi-
ritui sancto, scilicet bonitatē diuinā.

Caput 44.

Vnde'nam est homini peccandi
potestas?

Opinati sunt quidam peccandi
potentiam à Deo non esse, sed
à nobis ipsis & diabolo: à deo
aut nobis esse tantum rectæ actionis
potentiam, sicut de mala voluntate
dicitur. Sed hoc scripturis contrariū
est, ex quibus constat potentiam om-
nem non modo bene agendi, verum
etiam peccandi à Deo esse. Non enim
est potestas (secundum Apostolum) *Rom. 13.*
nisi à Deo. Ad quod & alia pleraque *Ioan. 19.*
astipulantur.

Neque vero per hoc malitia vo-
E 7 lunta-

LOCORVM COMMVNIVM
luntatis, sed potestas qua malè agés,
volens abutitur, à Deo esse dicitur.
Nec cuiusquam rei potestas aliunde
esse potest, nisi à Deo æquo, quamvis
æquitas illa nos lateat.

Aug. su-
per Psal.
32.

Rom. 13:
1. Petr. 1.
Sapin. 6.

Non tamen hinc sequitur: potes-
tati tyranni vel diabolo non esse re-
sistendum, eo quod Apostolus dicat:
Qui potestati resistit, Dei ordinatio-
ni resistit. Etsi enim semper obedien-
dum sit subditis ipsi potestati, non ta-
men abusui eius, qua contra Deum
præcipit. Nam tunc, præcipien-
te contemptu, ipsi D E O
est obtemperan-
dum.

Finis secundi libri locorum com-
munium Christianæ re-
ligionis.

L
C
CHRI
gio

Quæ f



legis fiat i
tribus de
Est enim h

Quæ q
alij pers
admodum
dita sunt,
staurare
tre, prima
deitate fil
minis.

gés,
ar.
nde
nus
ote-
re-
icat-
tio-
ien-
onta
eum
n.

ne

LOCORVM
COMMVNIVM
CHRISTIANAE RELI
gionis Liber tertius.

Caput I.

Quæ fuit causa incarnationis
uerbi Dei?



Ecundum Apostoli- *Io.in.1.*
cam autoritatē deus *Ca'ii.4.*
misit filium suum in *Philip.2.*
temporis plenitudi- *Aug. de-*
ne, quod est tempus *fide ad*
gratiæ & veritatis, *Petrum,*
in quo per charitatē *cap.2.*
legis fiat impletio, & exhibeatur pa-
tribus de saluatore facta promissio.
Est enim hæc missio, filij incarnatio.

Quæ quidem filio magis, quam *Psal.103.*
alij personis congruebat: ut, quem- *Luc.15.*
admodum sapientia patris omnia cō- *Aug. lib.*
dita sunt, sic & per eandem omnia re- *4.ca.20.*
staurarentur: & ille qui est à solo pa-
tre, primo mitteretur, sicq; is qui in *de Trinit.*
deitate filius erat, fieret & filius ho-
minis.

Per

LOCORVM COMMVNIVM

Per quod tamen nō negatur, quin
& pater & spiritus sanctus incarnari
potuerint.

Matt. I.

Marc. I.

Qui & cum filio assumptionē car-
nēs fecerunt, sed ea ad solū filium ter-
minata est, q̄ solus homo factus est.

Caput 2.

Totam'ne humanam naturam uer-
bum Dei assumpſit?

Mateh. I.

Naturam humanam filius dei
totam assumpſit, vt sic eam
totam curaret: quæ primi pa-
rentis peccato tota corrupta fuit.
Totam inquam, contra quorundam
hæreses, id est, corpus & animam cū
proprietatibus eorundē. Quod enim
est inassumptibile, est incurabile.

Attamen carnem mediante anima
assumi congruebat, ob diuinæ simpli-
citatē subtilitatem: quod tamen nō
debet intelligi de ordine temporis,
sed naturæ.

Tametsi autem īperuestigabilis
fit, & inexplicabilis vnio naturæ hu-
manæ ad verbum, error tamen dete-
standus est eorum, qui docebant nō
veram Dei filium carnem assumpſi-
ſe, & simulatione quadam ostendisse:
ignauiter suspicantes, alioqui à car-
nē hū-

ne hum-
cūm nec-
dibus, c-

Carn-

I Vxti
ueni-
gine
tato ob-
tione v-
mundat-
tur.

Nam
sanctus
gauit, v
semel au-
tur) aut
lius poss
liberau-
cet lecti
que viri

Qua-
dum co-
bis Abr
men no-
quia no-
lem rati-
secundu

VN
r, quin
arnari
nē car-
im ter-
s est.

uer
us dei
c eam
imi pa
fuit.
ndam
am cū
l enim
le.
anima
simpli
en nō
poris,

abilis
æ hu-
dete-
nt nō
npfis-
odisse:
æ car-
chus

L I B E R III.

ne humana diuinitatem inquinari,
cum nec solis corporalis radij à sor-
dibus, quas cōtingunt, maculentur.

Caput 3.

Carnem' ne Christus assumpsit de
massa corruptionis?

IVxta sanctorum attestacionis cō- *Luc. 1.*
uenientiam, caro Christi in vir-
gine, vt reliqua virginis caro pec-
tato obnoxia fuisse dicitur: Opera-
tione vero spiritus sancti omnino
mundata, antequam ab eo assumere-
tur.

Nam & ipsam virginem spiritus *Aug. lib.*
sanctus prueniens, à peccato sic pur de natura
gauit, vt à somite peccati, aut ipsum & gratia,
semel auferendo (quod magis vide *cap. 36.*
aut ipsum sic attenuando, vt nul *Matt. 7.*
lius postea peccati occasio esset, eam *Luc. 7.*
liberavit. Insuper (vt Euangelica do- *Esai. 7.*
cet lectio) potentiam generandi abs- *Ioan. 1.*
que viri seruine ipse contulit.

Quamuis autem Christus secun-
dum corpulentā substantiam in Ium *Rom. 5.*
bis Abrahæ, sicut & Leui fuerit: ta- *Aug. lib.*
men non in eo decimatus est, vt ille: *10. cap. 2.*
quia non vt ille secundum semina-
lem rationem ab eo descendit, neque *sup. Gen.*
secundum legem communem, sed su-
pra na-

L
LOCORVM COMMVNIVM
pra naturæ vires & sine peccato.

Vnde & primitias nostræ massæ¹ assumpsisse dicitur. Hinc & caro eius
similis fuit carni nostræ, nō in culpa,
sed pœna. Quæ etiam mox in conce-
ptionis suæ initio membrorum debi-
ta distinctione formata est, simul &
animata atque assumpta: quamuis
per successum temporis sumpserit cor-
poris incrementum.

R om. 8.
Matt. 4.
Ioan. 19.

Caput 4.

Cur formatio corporis Christi spi-
ritui sancto peculiariter
tribuitur?

Joan. 1.
F bil. 2.

Gal. 4.

Tamen incarnationis opus sit tri-
nitatis, in scripturis tamen spi-
ritui sancto tribuitur: quod
spiritus sanctus patris & filii chari-
tas sit & donum, at ex ineffabili Dei
charitate. Verbum caro factum est:
Itaque ab incarnationis opere pater
& filius idcirco non excluduntur.

Negat tamen ob id, Christus filius
est spiritus sancti. Non enim de eo, si-
c ut de patre genitus est. Virginis au-
tem filius rectè dicitur, eo quod de
ipsa genitus sit, ut matre. Negat vero
quicquid ex alio nascitur, filius etiā
est:

L
est: Patet
mate ren
Dicitur
tus de spi
tio ipsa no
sit, virtut
fecta. Hir
seminalis
test.
Etsi et
tus sit, fa
dicitur ex
uid, puta
uid semini
nificanda
tionem, e
cta est: qu

Per

I N in
sona
tura
na natu
An a
naturar
autorib
namqu

est: Patet de pilis hominis. & baptis-
mate renatis respectu aquæ.

Dicitur autem Christus incarna-
tus de spiritu sancto, quod incarna-
tio ipsa non ex meritis, sed Dei dono
sit, virtute videlicet spiritus sancti ef- *Matt. 1.*
fecta. Hinc nec spiritus sanctus quasi *Aug. de*
seminalis materia ipsius accipi po- *spiritu san*
test. *cto, ca. 5.*

Etsi etiam de virgine Christus na-
tus sit, factus tamen per Apostolum
dicitur ex muliere & ex semine Da- *Rom. 1.*
uid, puta per virginem, quæ de Da- *Gal. 2.*
uid semine fuit. Et hoc dicitur ad sig-
nificandam eius singularem concep-
tionem, quæ opere spiritus sancti fa-
cta est: quod alijs non competit.

Caput 5.

Personam' ne Christus, an natu-
ram assumpsit hu-
manam?

In incarnatiōis mysterio, nec per *Aug. de*
sona assumpsit personam, nec na- fide ad
tura personam, sed persona diui- *Pet. ca. 2.*
na naturam humanam.

An autem diuina natura humana *In conci.*
naturam assumperit, videtur esse in *Tolet. 6.*
autoribus contrarietas. Concilium *cap. 1.*
namque Toletanum dicit, quod so-
lus

L
Quod
im assur
tur per ho
natura.

Quæra

C
Au
cati
tion
portionib
mo,& hor
que an pe
quid, vel
dicendi se
dum mode

Quaru
dicit, in C
vniam tan
falsa.

Secund
est suppos
tum perso
Christi fin
& assumpt
positum,
duabus co

Hinc &
cis ipsius n

LOCORVM COMMVNIVM

Ius filius carnem seu naturam assu
psit humanam. Autoritates autē quē
dam aliæ dicere videntur, naturam
diuinam assumpsisse. Tenendum ta
men est personam diuinam, naturam
assumpsisse humanam. Vnde illæ au
toritates intelligendæ sunt, quod di
uina natura humanæ naturæ in per
sona filij sit vnitas, & secundū hunc
intellectum diuina natura dicatur
incarnata, scilicet in filij persona.

Vnde & cum dicitur solum filium
carnem assumpsisse, natura quidem
non excluditur, sed incarnationem
ad personam, aut patris, aut spiritus
sancti terminatam non esse, designa
tur.

Ioan. I. Nec tamen per hoc dici debet di
uina natura caro facta, ne conuersio
*Ioan. Da
mas. lib. 3.* naturæ in naturam significari pute
*cap. 6. de
ortho. fid.* tur. Neque etiam natura diuina ho
mo facta, vel esse dicitur, quia non
sic in vnitatem & singularitatem sui,
ut persona verbi, humanam assump
fit naturam. Manet enim in singula
ritate personæ naturarum distincta
proprietas.

Porro personam hominis verbū
non assumpit, sed assumendo sibi na
turam vniuit, & vniendo assumpit,
sic personalitatem præuenit.

Quod

LIBER III.

Quod vero Augustinus dicit ver-
um assumisse hominem: intelligi-
tur per hominem, non persona, sed
natura. *In exposit. symb & in
Psal. 64.*

Caput 6.

Quæ ratio coniunctionis natura-
rum in Christo?

CAutem loquendum est in expli-
catione mysteriorum incarna-
tionis verbi Dei. Nam de pro-
positionibus illis: Deus factus est ho-
mo, & homo est deus, & similibus: at-
que an per hoc Deus factus sit ali-
quid, vel non factus: tres sunt modi
dicendi seu opiniones, ad exprimen-
dum modum vniōnis p̄tactæ.

Quarum prima inter alia tacitè
dicit, in Christo duo esse supposita, &
vnam tantum personam, & hæc est
falsa.

Secunda, quod in Christo vnum
est suppositum tantum, ac vna tan-
tum persona. Nam corpus & anima
Christi simul tempore vnitata fuerūt,
& assumpta, atque per hoc vnum sup-
positum, seu vna persona in ipso, in
duabus consistit naturis.

Hinc & propter vniōne dupli-
cis ipsius naturæ in uno verbi suppo-
sito, *Aug. lib. 13. cap. 17.
de Trinit.*

LOCORVM COMMVNIVM
sito, nomina vtriusque naturæ pro-
prietates significantia , de Christo
prædicari possunt : ita vt verè dic-
tur, Deus passus est , ac homo iste est
æternus.

Ex hoc quoque infertar , post in-
carnationem, personā verbi esse com-
positam , cūm prius simplex fuerit:
non quidem compositione , quasi ex
partibus , vnde totum resultet : sed
quia persona verbi, quæ antè in una
tantum subsistebat natura , post in-
carnationem in duabus subsistit . Et
hæc benè intellecta, opinio vera con-
setur.

Tertia denique dicit verbum hu-
manam naturam, vt habitum seu in-
dumentum assumpisse . Sed hæc ha-
retica est, & abhicienda.

Caput 7.

Quem sensum habent hæc proposi-
tiones, Deus factus est ho-
mo, et homo factus
est Deus?

*Aug.ad
Rom.1.*

*Aug.lb.
de Trini.*

ca. 13. li. 1.

Locutiones illæ, de quibus capi-
te præcedenti dictum est, secun-
dum illos dicendi modos, di-
uersumodè determinantur. Nam iu-

xii

V M
æ pro-
Christo
è dica-
o iste est
ostin-
sse com-
fuerit:
uasi ex-
cet: sed
in vna
ost in-
stit. Er
ra cen-
um hu-
seu in-
æchä-
oposi-
=

L I S E R . III.

xta primum, Deus factus est homo,
& econuerso, &c. eo quod Deus sub-
stantia rationalis esse cœpit, quæ ar-
tè non fuerat & sic factus est aliquid:
ac illa substantia cœpit esse Deus,
quod ex gratia habuit, non ex meri-
tis, nec natura.

Quod cùm ab æterno präuisum
fuerit, ideo Christus prädestinatus
esse filius Dei dicitur.

Iuxta secundum vero modum, De-
us est homo, & econuerso: quia in in-
carnatione ex duabus naturis & tri-
bus substantijs subsistens esse cœpit:
ac sic, quia humanam assumpsit natu-
ram, secundum hanc homo dicitur
esse à Deo assumptus. Vnde & secun-
dum hunc modum Christus etiā in
quantum homo, est aliquid s. ex cor-
pore & natura constitutum.

Et secundum quod humana natu-
ra unita est deitati in tempore, quæ
vno ex gratia facta est & ab æterno
à Deo prädestinata, & sic etiam est
prædestinatus cognitus.

Sed iuxta tertiam, Deus homo fa-
ctus dicitur, & contrà: quia Deus ho-
minem accepit, & homo assumptus
est à Deo, ita quod habens homi-
nem, est Deus. Per hoc autem Chri-
stus nō est aliquid, secundū quod ho-
mo,

Idem sup.

Ioannem

tract. 66.

Aug. lib.

I cap. 2. de

Trizi.

LOCORVM COMMVNIVM
mo, sed aliquo modo se habens.

Secundum quod etiam homo, p̄e
destinatus dicitur esse filius Dei, eo
quod ab æterno præuisum sit, & in
tempore per gratiam collatum, vt

Aug. lib. ipse qui homo, sit filius Dei.
i. retract. Neque vero Christus dicitur ho-
cap. 19. mo dominicus, cum & August. olim
sic locutus, postea hoc retractarit.

Caput 8.

Est' ne natura diuina de uirgi-
ne nata?

Concedi non debet naturam di-
uinam natam de virgine, nisi
vt persona nata de eadem dici-
tur. Nam si per naturam intellexeris
essentiam, nec de virgine, imo neque
de patre nata dici potest. Quo etiam
modo suprà dicta est diuina natura
incarnata, quatenus videlicet perso-
na incarnata dicitur.

Ioan. Da- Affirmatur autem Christus bis na-
mæf. lib. 3. tus, & duas habuisse natiuitates: di-
cap. 2. de uinam, scilicet, ex patre: & tempora-
ortho. fi- lem ex matre, ob distinctas illarum
de. natiuitatum proprietates.

Caput 9.

Debet' ne

Debet' ne
stu
On
tria dicit
in dilecti
exhibitio
randa, ne
noranda
seu adora
per omn
& diliger
Secun
riculo, ga
tria recte
ne sui: se
cet Deo in
pta, nec a
catholica

Est' ne

Nit
na
turam, se
queretur:
Sequeretur

Debet'ne totus in utraq; natura Christus unica adoratione coli:

Onione quorundā, caro vel *Rom. I.*
nima Christi, seu eius huma-
nitas adoratione illa, quæ la-
tria dicitur, & diuinitati debet (quæ
in dilectione cordis & sacrificiorum
exhibitione, &c. consistit.) nō est ado-
randā, ne idolatria cōmittatur. Ho-
noranda autē est Christi humanitas
seu adoranda, dulia excellenti, ac su-
per omnem creaturam veneranda,
& diligenda.

Secundum alios autē sine omni pe-
riculo, qadem Christi humanitas la-
tria rectè adoratur, non quidē ratio-
ne sui: sed suppositi, inquantū, scili-
cet Deo in vnitatē suppositi est assum-
pta, nec ab ea vñquam separata. Hæc
catholica est doctrina.

Caput 10.

*Eſt'ne Christus quatenus homo
persona?*

Non est concedendum Chri-
stum, vt homo est, esse perso-
nam: alioqui Verbum nō na-
turam, sed personam, assumpsisse se-
queretur: quod suprà est improbatū.
Sequeretur etiā, quod secundū quod
F homo,

LOCORVM COMMVNIVM
homo, esset tertia in trinitate perso-
na: quod patet esse falsum.

Nec oppositum argui potest, eo
quod est substantia rationalis. Non
enim hoc sufficit ad rationem perso-
næ, quæ dicitur quasi per se sonans,
nec alteri coniuncta, sicut tamen est
natura humana in Christo. Neq; eti-
am vulgaris personæ definitio perso-
nis diuinis conuenit, sed alijs.

Sed nec impedit eum, secundum
quod homo est prædestinatum esse fi-
lium Dei, qui est persona. Non enim
quo est, eo homo filius dei est, sed per
gratiam hoc accepit.

Deniq; nec filius adoptiuus Chri-
stus dici debet, sed naturalis. Non en-
im prius esse cœpit, & postea in filio
adoptatus est, sed semper fuit filius
æterni patris. Virginis quoque filius
est per naturam & gratiam, non qui-
dem adoptionis, sed vniōnis.

Rom.1.
Aug. su-
per Ioan.
cap.2.

Potest autem dici, personam, quæ
semper fuit, prædestinatam esse secun-
dum hominem assumptum, vt scili-
& naturam humanam, vt verbo pa-
tris personaliter vnioretur.

Caput II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Potest

L I B R E R . 11.

Potest'ne Christus absolutè dici uel
factus, uel creatus, uel
creatura?

Simpliciter & absque determina-
tione dici nō debet Christus fa- *Aug. lib.*
ctus, creatus, vel creatura: quip- *1. cap. 13.*
pe per quem omnia facta sunt, atque *de Trinit.*
per hoc ipse factus absolutè dici non
potest. Et alioqui ipsi Euangeliū prē-
dicatū diceretur, essetq; subiectus va-
nitati. Hæc etenim secundū scriptu-
ras omni cōueniunt creaturæ. At de *Rom. 6.*
Christo ea absolutè dici est absurdū.

Veruntamen concedi potest, addi-
ta determinatione. Est enim creatu-
ra, in quantum homo: & in quantum
talis esse cœpit.

Per quod quidem nō sequitur, eū *Amb. de*
simpliciter esse creaturā, aut cœpisse. *fide, ca. 6.*

Caput 12. *Galat. 4.*

Est'ne concedendum, hominem hunc,
demonstrato Christo, sem-
per fuisse?

Ad hanc vel similem quæstio- *Aug. sū.*
nē: an ille homo, scilicet Chri- *Psal. 80.*
stus, esse cœperit, non est sine *Ioan. 9.*
distinctiōe respondendum. Nempe si
ad personam respicias, verum est eū
F 2 semper

LOCORVM COMMVNIVM
semper fuisse: fin vero ad naturā hu-
manam, conceditur eum cōpisse.

Per quam distinctionem & autori-
tates, quæ contrariæ videntur, vt φ
Christus est recens homo, & φ puer
iste creauit stellas, cōciliari possunt.

*Ang.lib.
3.ca.14.de* Potuit autem Christus hominem
Trini. aliunde assumere, quam de genere A-
dam: sed ita fieri magis congruebat,
vt diabolus vinceretur per aliquem
de genere eius, qui victus fuerat.

*Ioan.3.
Eccl.31.* Tametsi autem de genere Adam as-
sumptus sit homo, tamen nec perso-
na ipsius, nec natura assumpta, vt ver-
bo vñita, peccare potuit: quamuis vt
in se considerata.

Nec obstat, liberum eum arbitriū
habuisse, cum nec in angelis confir-
matis hoc peccandi potentia arguat.

Quod etiam scriptum est, qui po-
tuit transgredi, & non est transgres-
sus, de membris Christi potius intel-
ligendum est totum, aut solum pro
vltima parte de Christo.

Qui & sexum muliebrem assume-
re quidem potuit: sed virilem ex fe-
mina eum assumere, magis erat con-
gruum, vt sic vtriusque sexus libera-
tio per eum futura ostenderetur.

Caput 15.

Profe-

Proficit
natur
P
Le
cu
mento
vt nec a
enim ei
ram: &
capitis,
dinem, e
Nec
ra dicu
hoc fieb
um succ
dum ex
festatio
gendum
videtur
minis p
ra insin
id est, si
nitionis
dici pot
entia ac
Fuit' ,

M
i hu-
e.
utori
vt φ
puer
unt.
inem
re A-
ebat,
quem
m as-
erso-
t ver
uis vt
itriū
nfir-
guat.
i po-
gres-
ntel-
a pro
fume
cfr-
con-
pera-
rofe
LIBER III.

Profecit'ne Christus secundū humānā
naturam, in sapientia & scientia?

Plenus fuit sapientia, & gratia,
ac omnibus donis Christus, se-
cundum hominem, mox à mo-
mento quando conceptus est, adeo
vt nec amplius accipere posset. Non
enim est ei datus spiritus ad mensu-
ram: & de plenitudine ipsius, vtputa
capitis, secundum quandam similitu-
dinem, omnes acceperunt.

Nec contra hoc est, quod scriptu-
ra dicunt eum in his profecisse. Nam *Luc. 2.*
hoc siebat, non per augmentum tali-
um successiū accipiendū, sed secun-
dum exteriorem & ampliorem mani-
festationem. Quo etiam modo intelli-
gendum est, quod Ambrosius dicere *Lib. de in-*
carn. d
videtur, eum secundum sensum ho-
minis profecisse: iuxta quod scriptu-
ra insinuat eum parentes ignorasse, *sacr. c. 7.*
id est, sic se ad eos habuisse, quasi ag- *Ezai. II.*
nitionis eorum tunc expers esset. Vel
dici potest de experimentali hoc sci-
entia accipiendum.

Caput 14.

Fuit'ne humana in Christo scien-
tia æqualis diuina?

F 3 Plenus

LOCORVM COMMUNIVM

Psal. 138.
1. Cor. 2.

OMNIA, quæ Deus scit, anima Christi per scientiam sibi collatam in verbo, cognoscit: nec tamen per hoc scientia Dei equatur, quando nō ita perspicue, ut Deus ea intelligit. Nouit igitur omnia, quæ Deus, quo ad numerum scitorum, nō tamen, quo ad sciendi modum.

Ex hoc autem non sequitur, eam creare quid posse. Quamuis enim creandi habeat scientiam, ut norit quomodo mundus sit creatus: nō tamen creandi habet potentiam, cum sit creatura, quæ capax non est omnipotenti, qualis in creatione requiritur.

Hom. 3.
in 1. cap.
Luc.

Veruntamen, iuxta Bedam, Christus omnipotentiam, quam filius dei semper habet naturaliter, hanc dum filius hominis factus est, ex tempore accepisse dicitur: quod persona quæ verbis semper fuit, futura quoque erat persona hominis.

Caput 15.

Affump^tne Christus cum humana natura eiusdem etiam infirmitates?

Aug. su.
Gene. 12.
cap. 24.

Veram hominis naturam tam corporis, quam animæ, passibilem Christus affump^t, cū vtriusque

vtriusque
quidem
suscepto
pediuit:
dæ sunt,
quæ eun
catum a

Hinc
in anim
tempore
ritate al
secus ac
nem ver
dinem a

Hinc v
cere vid
Quos
coacte a
cundum
scilicet r
Dei cont
bus non

Subiacu

N
re, Chri

L I B E R III.

vtriusq; defectibus pœnali bus, non
quidem omnibus, sed ihs quos ipsum
suscipere decuit, & saluti nostræ ex-
pediuit: secundū quod & intelligen-
dæ sunt, si quæ scripturæ occurru nt,
quæ eum omnes defectus, præter pec-
catum assumpsisse asserunt. *Hebr. 4.*

Hinc dicere dolorem in carne, &
in anima tristitiam veram, passionis
tempore Christum non sensisse, à ve-
ritate alienum est & hæreticum: non
secùs ac si dicatur ipsum non homi-
nem verum, sed eius tantum similitu-
dinem assumpsisse.

Hinc verba Hilarij quæ oppositū di *Lib. 10.* de
cere videntur, sancè intelligēda sunt. *Trinit.*

Quos autem defectus pœnales nō
coacte assumpsit, sed voluntariè, se-
cundum quandam propassionē, quo *Ezai. 55.*
scilicet mens ipsius à rectitudine, & *Matt. 26.*
Dei contemplatione eisdem passioni *Marc. 14.*
bus non sit dimota. *Psal. 87.*

Caput 16.

Subiaceuit' ne Christus patiendi, mo-
riendiq; necessitatib;

Non tantum moriendi po-
tatem, verum & patiendi in *Rom. 8.*
anima, & moriendi in corpo-
re, Christus assumpsit necessitatem,
F 4 non

LOCORVM COMMVNIVM
non quidē aliqua coactione, sed spon-
tanea voluntate. Nam nec nobis hēc
necessitas prouenit ex natura, vt pri-
mo instituta est, sed vt yitiata est ex
peccato: quod Christus non habuit.

Accepit autem de omni statu ho-
minis aliquid ipse Christus, vt de in-
nocentiae statu, peccati immunitatē:
de statu post peccatum, defectus & pa-
nam: de statu sub gratia, eiusdem ple-
nitudinem: & de statu gloriæ inpec-
cabilitatem & dei contemplationem
perfectam.

Caput 17.

Ioan. 6. Quotuplex fuit in Christo uoluntas?

Marc. 14. Secundum duas in Christo natu-
ras, plures in eo fuisse volunta-
tes ostenditur: secundum quartū

Matt. 26. alteram à patre petiuit, quod non im-
petravit, ac se non impetraturū pre-
sciuit: neq; secundum alterā voluit.

In eo namq; voluntas diuina erat
& humana: & hæc vltima duplex: ra-
tionis scilicet & sensualitatis, secun-
dum quam pati & mori refugiebat:
quod tamen secundum diuinam vo-
luntatē, & rationis humanę volebat.

Nec tamen per hoc in eo rebellio
carnis ad spiritum erat vlla, quia nul-
la concupiscentia. Erat autem in eo
sensua-

sensuali-
næ veri-

Hinc
necessit
Quanq;
tione al
dubitast
hoc sanc
dum du

Meruit'

Mdemptio
cæt. sibi
tem, & a
minis cl
mæ imp
à corpori

Hæc a
in passio
suæ initi
gratiæ &
ne. Vnde
tuit, quo
lum, qu
idem scil

M
spon
s hēc
t pri
st ex
uit.
ho
e in-
tatē:
pō
n ple
pec-
nem

tas?
natu
nta-
uarū
n im
oræ-
it.
erat
ra-
un-
bat:
vo-
bat.
llio
nul
n eo
ua-

L I B E R III.
sensualitas, vt in ipso naturæ huma-
næ veritas comprobaretur.

Hinc & orauit, vt nobis orandi in
necessitate, exemplum relinqueret.
Quanquam autem à patre sub condi-
tione aliquid petierit, & ob id quasi
dubitasse à sanctis dictus videatur, Matt. 26.
hoc sanc*t*e intelligi debet, id est, ad mo-
dum dubitantis se habuisse.

Caput 18.

Meruit' ne quicquam Christus sua pas-
sione, & nobis & sibi?

Meruit Christus per passionē
suam, nō tantū nobis, sed *Pbil. 2.*
etiam sibi: nobis quidem re-
demptionem & regni apertionem, &
cāt. sibi vero corporis immortalita-
tem, & animæ impassibilitatē ac no-
minis clarificationem. Quam & ani-
mæ impassibilitatē, mox post ipsius
à corpore separationem adeptus est.

Hæc autem prædicta non tantum
in passione, verū & à conceptionis
suæ initio meruit, quod vt posset ex
gratiæ & virtutum habuit plenitudi-
ne. Vnde nec in merito proficere po-
tuit, quo ad meriti efficaciam: sed so-
lū, quo ad numerum meritorum,
idem scilicet pluribus modis meren-

F 5 do.

LOCORVM COMMVNIVM
do. Quare licet acceperit impossibili-
tatem post mortem, antē tam en abso-
lutē loquendo, nō minus beatus fuit:
quanquam secundū quid, quia non-
dum ab omni miseria immunis.

Phil. 2.

Hinc etiam quod Deus vocetur,
antem mortem habuit. Et quod Apo-
stolus hoc ei per passionis humilita-
tem collatum dicit, intelligi debet,
de nominis huius fama per vniuer-
sum orbem spargenda.

Quod etiam Ambrosius dicit, id
ipsum nomen donatum Christo deo,
August. autem homini, diuerso id di-
cunt respectu: Ille namq̄ loquitur re-
spectu naturae, hic gratiae.

Ea autem, quæ sibi Christus me-
ruisse dictus est, sine merito (supposi-
ta mortalitate & possibilitate, quam
assumperat) habere nō potuit: quā-
uis talem naturā assumere poterat,
vbi illa simul accepisset: & sic nec me-
ruiisset, & nomen suum aliter pote-
rat clarificare.

Sic & redemptionem nostram in-
telligendus est, alia via quām per pas-
sionem procurare potuisse, illam ta-
men congruentissimam fuisse.

Caput 19.

Quomo-

Quomo
bo

P Er
CH bo
fua mag
bis vici
dem pas
sacrifici
rū malo

Factu
tem dia
ra prius

Sicq
uit:qua
tur, sua
quoque

Est p
operis e
human
uis priu
cto conu
& spirit
doque r

At m
lus ipse
ctus, id
tem, sed

L I B E R III.

Quomodo per mortem Christi, à dia-
bolo, peccato, & pœna re-
dempti sumus?

Per passionem & mortem suam Christus nos à peccato, & dia- Rom. 5.
bolo redemit (quo & charitatis Luc. 22.
suae magnitudine, charitatem in no- Psal. 68.
bis vicissim accendi voluit) ut per fi-
dem passionis & mortis eius, qui se
sacrificium pro nobis obtulit dicto-
rū malorum euasionē adipiscamur.

Factus enim est homo, ut per mor-
tem diabolum iustè vinceret in natu-
ra prius victa. 1. Cor. 5.

Sicq; & à pœna æterna nos libera Aug. lib.
uit: quia culpam pro qua pœna debe 13. de Tri-
tur, sua morte destruxit, temporalē cap. 16.
quoque tandem ablaturus.

Est proinde ob usum potestatis &
operis expletionē, Christus propriè
humani generis redemptor, quam-
uis prius illud & patri & spiritui san-
cto conueniat: quapropter & pater
& spiritus sanctus redemptor quan-
doque nuncupatur.

At mediator Dei & hominum so- 1. Tim. 5.
lus ipse est, nō pater, nec spiritus san Rom. 7.
ctus, idq; non secundum diuinita- Job. 1.
tem, sed secundum naturam assump-
tam,

F 6 tam,

LOCORVM COMMVNIVM
tam, qua & minor patre, & caput ho-
minum esse probatur.

Caput 20.

Poterat' ne alio pacto redimi genus
humanum, quam per Christi
mortem?

*Aug. de
Trini. lib.
B.ca. 10.*

*Esa. 55.
Rom. 8.
Ephe. 5.*

*Matt. 2.
Luc. 14.*

Alio quidem modo, quam per Christi passionem, Deus, cuius potestati omnia subsunt, hominem liberare potuisset: sed nullus alias infirmitati nostrae sananda erat conuenientior. Hoc enim modo voluntas hominis per amorem magis in Deum dirigit: & iustitia manifestius est obseruata in victoria dia-boli, qui cum Christū occiderit, nullam in eo mortis causam reperiens, potestatem usurpatam in omnes fides, iure amisit.

Neque tamen etiam si Deus (quod potuit) uno nutu hominem redemisset, iniuria alicui esset illata: quippe in cuius manu vniuersa consistunt.

Christus ergo hostiam & precium redemptionis nostrae seipsum offerens, per passionem suam, causa fuit effectiva & autor reconciliatiōis humānæ pro omnibus quidem sufficien- ter: efficaciter vero pro elēctis tantū.

Qui

Qui
fit à se
is: hi ta
rum b
tes eor
nus, in
inquit
ipseme
runt ch

Fuit' ne
car

IN
ani
sep
Quo
relictu
dum, n
ta fueri
nis hu
tractur
dum est
positum
Quo
minem
ne, & si
gendut
fuerit s

M
tho.

nus

per
, cu-
unt,
l nul-
ndæ
odo
ma-
nani
dia-
nul-
iens,
s fide

quod
mis-
ippe
nt.
ium
offe-
fuit
hu-
cien-
ntū.
Qui

L I B E R III.

Qui & cùm ad passionem traditus
fit à seipso, à patre, à Iuda, & à Iudæ-
is: hi tamen vltimi, quamuis opus co-
rum bonū esset, tamen si spectes men-
tes eorum, pessimum egerunt faci-
nus, innocentissimum dominum ex Ioan. 20.
iniquitate mactantes, quem pater ac
ipsemet seipsum ex maxima obtule-
runt charitate.

Caput 21.

Fuit' ne in morte Christi, à sacra eius
carne, beataq; anima, diuini-
tas separata?

IN Christi passione diuinitas ab
anima ipsius, siue etiam à carne,
separata non fuit.

Quod autem Christus in cruce de-
relictum se clamat à Deo, intelligen-
dum, non quod vnio personalis solu-
ta fuerit: sed quia auxilium defensio-
nis humanitari ad tempus erat sub-
tractum. Et hoc etiam modo capien- *Commen-*
dum est dictum Ambrosij, quod op- *ad 21. cap.*
positum videtur sonare. *Luc.*

Quod etiam Athanasius dicit ho- *Lib. 6. de*
minem reassumptum in resurrectio-
ne, & sic in morte depositum: intelli- *fidei bea-*
gendum, non quasi vnio personalis *titudi.*
fuerit soluta, sed quia anima à corpo

F 7 re per

LOCORVM COMMVNIVM
re per mortem fuit separata. Vnde &
verè mortuus probatur.

Hinc & filius Dei passus dicitur &
mortuus, propter proprietatum vtri
usque naturæ communicationē. Qui
tamen secundum diuinitatem impas-
sibilis est & incommutabilis. Ex quo
etiam passus & non passus : mortuus
& non mortuus dici potest, diuerso-
rum respectu.

Psal. 18.

Caput 22.
Remansit' ne Christus post mor-
tem homo ?

Christus in triduo mortis suæ,
quia quaten⁹ homo, verè mor-
tus fuit, homo dici non potu-
it. Sed secundū carnem in sepulchro,
secundum animā apud inferos fuit.

Totus tamen & in sepulchro, totus
& in limbo, quamuis non totū. Per
vocem enim totus representatur per
sona, per totum autem natura. Persona
autem ipsius. cūm sit indiuisibilis, nō
fuit major coniunctis inter se anima
& corpore, quam separatis: que tamē
ipsa per mortem non reliquit.

Sed & filius hominis, seu ille ho-
mo, scilicet Christus, venit de cœlo,
& est ubique, & filius Dei crucifixus
est, &c.

1. Cor. 1.

est, &c.
matum
næ vni
verbii

O

ritate.
De
quod si
non vi
Qua
bili, ve
tus, sed
matus.

Cū
& cred
primis
toribu
compe
Dei. Te
tit, nisi
Hoc en
ra bon

An a
peruen
vero e
gi pote
dum vi

L I B E R III.

est, &c. Per communicationem idiomatum, respiciendo scilicet ad personæ unitatem. Et hactenus quidem de verbi incarnatione.

Caput 23.

Quid est Fides?

Occasione dictorum de plenitudine gratiæ Christi, inquirendum est de fide, spe, & charitate.

De quarum prima aduertendum, quod sit virtus, qua creduntur, quæ non videntur.

Quæ quidem capta vel pro credi. Aug. in bili, vel habitu informi, non est virtus, sed dicitur habitus charitate informatus, quomodo est in solis iustis.

Cum etiæ aliud sit, credere Deum, & credere Deo, ac credere in Deum: primis duobus modis, etiam peccatoribus, imo & dæmonibus credere competit, & est nihilominus donum Dei. Tertio autem modo non competit, nisi fidem formatam habentibus. Hoc enim modo credere, est per opera bona in Deum ire. Ioan. 2.

An autem fides informis charitate superueniente, maneat & formetur: an vero ea depulsa alia succedat, ambigu potest: prius tamen magis dicendum videtur.

Est

LOCORVM COMMVNIVM

Ephe.4.

Est autem vna tantum cōfīenda
fides, siue pro credibili fides capia-
tur, siue pro habitu. Hic enim est in
vno idem numero in diuerfis autem
saltē idem specie.

Hebr.11.

Quamvis autem quæ credimus,
apertè non videmus, credere tamen
nos per intellectū cognoscimus. Est
enim fides (secundum Apostolum) de
sperandis & non apparentibus.

Quæ etiam fides conuenientiam
quandam habet cum spe, multum ta-
men ab ea differt. Vnde & definitio fi-
dei, spei propriè non conuenit.

Caput 24.

Quod'nam est fidei obiectum?

Ioan.14.

Lib.2.

*quæ.cuan.
cap.39.*

i.Pet.4.

Fides etsi iuxta prædicta, propriè
non sit, nisi de ih̄s quæ nō viden-
tur: ea tamen largius sumpta,
quandoq; etiā credere dicimur, quæ
videmus, quo modo Christus ait: Ut
cūm factum fuerit, credatis. Verūm
hīc agit de fide propriè dicta. Quod
autem August. dicit fidem esse de re-
bus præsentib; accipit ipse fidē pro
mercede fidei in patria accipienda.

Hinc Petrus fidem passionis Chri-
sti habuit, non quia hominem mori-
vidit, sed quod hunc Deum esse credi-
dit: sic nec nobis per hoc fides mere-
tur,

M
tenda
apia-
est in
utem

mus,
amen
s. Est
m)de
tiam
um ta
tio fi

L I B E R III.

tur, quod credimus hominem cruci-
fixum mortuum, sed quod eum cre-
dimus esse Deum.

Quamvis autē fides non sit de cog-
nitis visu exteriori, oportet tamē cre Lib. 19.
dita (secundum Augustinum) per in- de Trinit.
tellectum aliquo modo apprehendi:
quod tam de his, quae sciri non pos- cap. 2.
sunt, nisi credita, quam etiam de his,
que nisi scita aliquo modo nō credū-
tur, verū esse probatur. Creditur er-
go quod ignorat, non tamē penitus.

Caput 25.

Quae fides ad salutem necessaria?

A Bipius usq; conditi orbis ex-
ordijs continua serie, fides ho-
mini ad salutem fuit necessa-
ria: nec sufficiebat credere Deum es-
se, & in se sperantibus remuneratio-
nem fore: sed & mediatoris fidem ha-
bere oportuit: quae tamen fides articu-
lorum distincta cognitione, & cre 1. Tim 2.
dentium constantia & deuotione cre-
uisse probatur.

Quae & de veteris testamenti ho-
minibus intelligi debent, quorū nul-
lus sine fide mediatoris saluari poter- Rom. 10.
rat: quamvis quod nos factum credi-
mus, ipsi credebant futurum.

Veruntamen simplices implicitè
hoc

LOCORV COMMVNIVM

3. Reg. 17. hoc credebant in fide maiorum, quibus expressius erat reuelatum: sicut & modo maiores ea expressius credere oportet.

Credi autem tunc secundum quosdam expressè oportuit mediatoris nativitatem, mortem, resurrectionē & iudicium: secundum alios autem, sufficiebat primum & ultimum cum fide trinitatis.

Acto. 10. Quam fidem & Cornelius Centurio habuit: vnde & Deo acceptus erat, quamuis Christum iam venisse nesciret, cuius ut certior fieret, Petrus ei missus fuit.

Vbi aduertendum, fidem, spem, & charitatem, secundum operationem interiorem in praesenti æqualiter intendi: inter quæ tamen charitas maior dicitur: quia alijs euacuatis, in futuro, ipsa manet, & est mater aliarū. Dicuntur autem fides & spes charitatem præcedere, non quidem causa aut tempore, sed quia illa sine ipsis est, & non contra.

Caput 26.

Quid est Spes?

Spes (ut virtus est) spiritualia & cetera respicit bona: cum sit certa expectatio futuræ beatitudinis, ex

nis, ex dentibus tis eam sumptio

Et hec eo quod quibus spes autem differunt indifferenter ac alieni & futuri

Porro vita stat clarissima terna conditione ne tem quætitur, qui tres in ligno donec D.

CV. ra Chara posuit, quibis posuit prouoca

L I B R I I I.

nis, ex Dei gratia & meritis præcedentibus proueniens. Nam sine meritis eam sperare, non spes, sed præsumptio est.

Et hęc cum fide quidem conuenit, Rom 8.
eo quod est iuxta de inuisibilibus, de
quibus tamen fides est, ut non vissis:
spes autem, ut non habitis, in quo
differunt: sicut & in hoc, quod fides
indifferenter est de bonis & malis, prę
sentibus, pręteritis & futuris, de suis
ac alienis: spes vero de bonis tantum,
& futuris ac ad se pertinentibus.

Porro in Christo etiam pro huius
vitę statu, neutra harum fuit, cum
clarissime Deum viderit, & bona æ
terna comprehendenter qua etiam ra
tione nec in beatis sunt. Christus au
tem quendam sperasse & credidisse di
citur, quia firmiter eis assensit. At pa
tres in limbo eas virtutes habebant,
donec Deum non videbant.

Caput 27.

Quid est Charitas?

Cvantam eximiam & incomparabilem Christus charitatem
habuerit, qua maior esse non
posset, qua & animam suam pro no
bis posuit, & ad dilectionem nos
prouocauit: ideo de charitate pri
mo

Ioan. 7.

Psa. 30.

Marc. 10.

Ephe. 5.

Deut. 6.

LOCORVM COMMVNIVM

Matt. 22. mo sciendum, quod ea est, qua Deum
1. Tim. 1. propter se diligimus, & proximum
propter Deum.

Quæ quamvis vna sit, geminatur
tamen ob duo dilecta, Deum scilicet
& hominem: vnde & duo de ea dan-
tur præcepta, propter motum dupli-
cem in ea quæ diliguntur.

Aug. in lib. 1. de doct. Chri &c. Deum diligamus: proximum pro-
ftia. c. 22. pter Deum.

Qui, licet rebellione carnis impe-
diente, in hac vita impleri perfectè
nō possit, nō tamen frustrà datum est
mandatū. Neq; enim aliquis curre-
ret, nisi sciret quo currendū sit. In pa-
tria ergo, hic inchoatū, implebitur.

Rom. 15. Ambo deniq; charitatis præcepta,
Galat. 5. adeo connexa sunt, vt vnuim absque
altero impleri non possit. Vnde & v-
num sæpè pro vtro que ponitur.

Caput 28.

Quod genus diligendarum rerum di-
lectionis præcepto continetur?

Quicquid diligi ex charitate o-
portet, in dictis duobus de di-
lectione mandatis cōtinetur.
Quz.

L I B E R III.

Quatuor enim ex ea diligenda tradit
August. Quae sunt. Deus, supra nos:
Proximus, iuxta nos: Anima nostra,
& corpus, quod est infra nos: de qui cap 23.
bus tamen ultimis duobus, precepta
dari non oportuit, quia in alijs conti-
nentur: eorumq; dilectio naturaliter
homini insita est. Neque enim viri iu-
sti corpus macerantes, ipsum ob id
oderunt, sed corruptiones ipsius.

Nomine autem proximi quilibet, Ephe. 5.
cui beneficium conferendum est, at-
que per hoc omnis homo, intelligi Luc. 10.
debet: quod & ex parabola domini
de semiuuo patet. Insuper & à quo
beneficiū accipitur. Hinc angeli, qui
multa nobis bona impendunt, proxi-
mi nostri censendi sunt, ac diligendi.
Quamuis autem à Deo omnia habeas
tum, ipse tamen proximus noster nō
est, sed incomparabiliter excellenti-
or. Hinc dilectio supra nos metipos, Luc. 6.
& maxima ipsi debetur. Homo etiam
Christus quamvis nomine proximi
contineatur, magis tamē eum quam
nos, pro sui excellentia diligere debe-
mus, minus tamen quam deum: quia
in hoc eo minor est.

Aduertendum quoq; quod variè Gene. 1.
alter alterius proximus dici potest,
aut scilicet conditione primevæ ori-
ginis,

IV M
a Deum
ximum
minatur
scilicet
ea dan-
i dupli-
chari-
seruan-
o corde,
um pro
is impe
erfecte
tum est
curre-
t. In pa
ebitur,
cepta,
absque
de & v
ir.

rum di-
tur?
itate o-
us de di
inetur.
Quz.

LOCORVM COMMVNIVM
ginis, vt sunt omnes homines, aut
spe cōuerſionis & ſaluationis, vt ſunt
non modo ad fidē in conuerti, ſed etiā
quotquot ad eam conuerti poſſunt.
Aut propinquitate cognitionis, vt
ſunt nobis ſanguine ſpecialiter con-
iuncti: & ratione beneficē ſubuen-
tionis, quales ſunt sancti Angeli.

Caput 29.

Quis in dilectione ſeruādus eſt ordo?

D'lectionis ordo deponit, vt di-
gantur diligenda, alijs poſ-
habitis. In diligendis quoque
pius diligatur, quod plus diligibile
eſt: Primo igitur, & ſuper omnia dili-
gatur Deus, dehinc anima propria,
deinde proximus, & ultimō propri-
um corpus.

De proximis aut̄ opinantur qui-
dam, quod affectu quidem omnes &
equaliter diligendi ſunt, non effectu:
alijs vero quod tam affectu quam effec-
tu & equaliter diligendi. Sunt qui ter-
tiā amplectuntur viam, vt ſcilicet
nec affectu, nec effectu & equaliter ſint
diligendi, cum ordo abſq; inæquali-
tate eſſe nō poſſit: & effectus affectui,
cateris paribus, respondere debeat.

*Ea autem, quæ in oppositū vi-
den-
tur, intelligenda veniunt, quatenus
ad idem*

Cant. 2.

Luc. 8.

Marc. 3.

L I B E R III.

ad idem beatitudinis bonum omnes
diligere debemus: non tamen aequali
oportet affectu id fiat, sed meliores
amplius.

Sunt proinde boni extranei in hac
vita plus diligendi, quam parentes
mali, cum vinculo charitatis sint no-
bis coniunctiores.

Inimicos quoque Dominus diligi *Mat. 5.*
iubet, ob bonum naturę: quod in om-
nibus diligendum est, & ut ad bonā
vitam conuertantur: vitium autem
in eisdem, imo & in parentibus odi-
endum, itaque sint hi charitatis gra-
dus quatuor. *Acto. 7.*

Caput 30.

Melior ne est, & maioris meriti ini-
micorum, quam amicorum
dilectio?

Amicorum dilectio simul cum
inimicorum dilectione est ma-
gis meritoria, quam ea quae
est amicorum, ad ambas comparata:
si tamē quilibet per se consideretur,
magis meritoria est ea, quae est ami-
corum, quia feruentior.

Quod aut̄ August. eam quae est ini- *Ench. 73.*
mici dicit esse meliorem, intelligen- cap.
dum est simul cum amicoru dilectio-
ne acceptam.

Ergant,

LOCORVM COMMVNIVM

Errant, qui putant charitatem haberi posse absque inimicorū dilectione, occasionē sumentes ex verbis Augustini, qui dicere videtur, inimicorum dilectionem esse perfectorū, &c. Præceptum enim de dilectione extendit se ad omnes generaliter. Et quod August. dicit, intelligendū est de perfecta inimicoru[m] dilectione, per quod non excluditur, quin & alij suo modo diligi possint & teneantur.

Ibidem.

Deut. 6.

Matt. 22.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Caput 31.

Potest' ne semel accepta charitas amitti?

Non est necessarium, charitatem semel habitā semper permanere: sed habita amitti potest, & amissa recuperari: sic cōq[ue] à damnandis quandoque habetur, & à p[ro] destinatis quandoque temporaliter amittitur: non autem finaliter, quin gratia Dei recuperetur.

Quę vero ex Apostolo & alijs contraria allegari possunt, intelligi debent de charitate perfecta, & secundum finalem charitatis effectum.

Licet autem & fides & spes in patria, tam quo ad habitū, quam actū, sint eucuandae: sicut & scientia, quo ad actum

ad actum
us man
vtrunc

Quę
triæ in C
charitat
ipse adh
cet, vt el
nam, dila
ta diuina

Dilig

V

c
in te cont
& immut
magis ne

Secun
magis ab
in tempo
ne plus b

Vnde
plus vno
re dicitur

Quod
absolutè
xisse, de re

L I B E R III.

ad actum destruetur, substantia ipsius manente, charitas tamen quo ad utrumque manebit.

Quæ & ipsa secundum modum patræ in Christo fuit. Vnde & modum 1. Ioan. 4.
charitatis eorum, qui sunt in patria,
ipse adhuc in via seruauit, ita, scilicet,
ut electos sicuti se, ad vitam æternam,
dilexerit, eorumq; salutem iuxta diuinam optarit voluntatem.

Caput 32.

Diligit' ne Deus alium alio magis aut minus?

VNa eademq; dilectiōe omnia Sap. 11.
creata ab æterno æqualiter Gene. 1.
Deus dilexit, ipsam videlicet
in te considerando, ut quæ est æterna
& immutabilis Dei essentia: quæ nec
magis nec minus suscipere potest.

Secundum efficientiam autem id
magis ab æterno dilexisse dicitur, cui
in tempore idq; absque sui mutatio- Phil. 4.
ne plus boni impartitur.

Vnde & secundum effectum vñi Aug. lib.
plus vno tempore quam alio, dilige- 5. cap. 16.
re dicitur.

Quod autem de electis astruitur,
absolutè Deum eos ab æterno dile- de Trinit.
xisse, de reprobis non conceditur, ni-
G si cum

LOCORVM COMMVNIVM
Malac. 3. nisi cum additione, scilicet qua opus eius erant futuri.

Caput 33.

Fuerunt' ne in Christo uirtutes omnes cardinales?

*V*irtutes cardinales seu principales, quatuor sunt, scilicet, iustitia, quæ (vt Aug. loquitur) est in subueniendo miseris: Prudens.

Lib. 14. de tia, quæ est in præcauendis insidijs:

Trin. c. 9. Fortitudo autem in perferendis molestijs: Temperantia, in coercendis delectationibus prauis: quibus quidem

in hac vita bene viuitur, & post hanc vitam peruenitur ad æternam. Et haec in Christo plenissimè fuerunt secundum usum quæ habent in patria, atque etiæ secundum eum quæ habent in via, quo ad passiones ab extrinseco illatas

Quæ etiam virtutes remanebunt, quantum ad habitum, quamuis aliud ibi usum sint habituræ.

Caput 34.

Sunt' ne 7. spiritus sancti dona inter uirtutes adnumeranda?

Lib. 1. de spiritu s.
cap. 20.

*S*ecundum Ambrosij sententiam dona spiritus sancti dicenda sunt esse virtutes, operationem videlicet

M
opus
0m.
princi-
licet,
quit)
iden-
sidijs:
nole-
is de-
uidem
hanc
Et h
secun
a, atq
n via,
llatas
bunt,
s aliū

inter
ntiam
a sunt
n vi-
elicit

L I B E R . II.

delicet humanam perficientes.

Sunt autem septem numero: scilicet donum sapientiae, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiae, pietatis, & timoris. Quae & in patria non modo desitura non sunt: sed & abundantius a beatis (secundum alios tamē actus) quam nunc in hac vita habebuntur.

Quae & ipsae in Christo fuerunt, iuxta Esaię vaticiniū, Requiescat, in- *Esai. II.*
quit, super eū spiritus sapientiae, &c.

Ea autem in patria esse permanstra, cū de alijs minus dubiū habeat, de timore specialiter ostenditur, de quo tamē & scriptura dicit: Timor domini sanctus permanens in seculū secundi. Vnde & ipse ibi erit, non solum per effectū, verū & secundum habitū. *Psal. 18.*

Sed est timor multiplex. Nempe aliis mundanus siue humanus dicitur, & hic malus est & deuitandus. Eo enim, contra Deum timentur carnis pericula, & temporalis amissio bonorum. Alius autem dicitur servilis, quo scilicet a peccato se quis cohibet ad pœnam vitandam: qui bonus quidem est, sed insufficiens. Initialis, quo quis iam amare incipit, perdurū videbatur: & sic pro Deo peccata deuitat, respectum tamē & ipse ad pœnam habet. Et ille est cum charitate

G 2 quæ

LOCORVM COMMVNIVM

Aug. su. quæ seruilem timorem excludit. Est
Psal. 127. deinde timor castus & filialis, seu amicabilis, qui de amore procedit, quando ne dilectum quoquo modo offendat,
ad
Rom. 8. quis timeret. Hæc ergo sunt quatuor timores.
Matt. 10. moris genera, quamvis autores quidam pauciora distinxerint. Hinc & diuersus loquendi modus prouenit.

Etsi vero timor seruilis cum charitate non sit, ei tamen locum præparat, & ei cedit: cuius similitudo de se & filio apparet. Hac constituta distinctione clarum est, non pugnare, quod Ioannes Apostolus ait, timore in charitate non esse: cum illo Davidis timorem in seculum permanere: dum prius de seruili, alterum autem de casto accipitur timore. Quorum etiam distinctio accipi potest a simili de uxoribus. Quarum una adulterii deuitat, ne a viro deprehensa occidatur: & altera, ne ab ipso deseratur.

Prover. 1. Initialis autem timor, inter hos medius est quodam modo. Nam peccare cauet, partim peccati horrore, partim & virtutis amore: qui etiam una cum seruili initium sapientiae dici potest, alio tam respectu: quia, scilicet, cum sapientia seu charitate venit, qualiter seruilis, ut dictum est, inducit.

Porro donum timoris in patria (ut præfa-

præfatu
sto fuit:
Qui qua
tamen p
lis, vel e
tuit, ob
tatem. P
rali quo
inolevit
ctus, sine
bis assur

Qui a

E T
ria
san
rerum n
tamen sa
autem et
etiam sapi
hoc est D
agnoscir
ro, qua
superno
tinet: ista
onem.

A sap
hoc disti

I V M
udit. Est
, seu a-
lit, quo
ffendat,
atuor ti-
res qui-
Hinc &
ouenit.
m cha-
i præpa-
o de se-
ruta di-
agnare,
timorē
o Dau-
nanere:
i autem
uorum
à simili
ulteriū
occida-
tur.
os me-
peccare
e, par-
am vna
dici po-
clicet,
it, quā
ria (vt
præfa-

L I B E R III.

præfatum est) permansurum, in Chri Hebr. 5.
sto fuit secundum actum reuerentię.
Qui quamvis pœnam timuerit, non
tamen per hoc mundanus, vel serui-
lis, vel etiam initialis, in eo esse po-
tuit, ob perfectissimam ipsius chari-
tatem. Pœnas autem timuit ex natu-
rali quodam timore, qui ex peccato
inoleuit: quem ipse, sicut & alios defe-
ctus, sine tamē peccato, vltro pro no-
bis assumpsit.

Caput 35.

Qui differunt inter se hæc dona

spiritus sancti?

ET si tam sapientia, quam scien-
tia, prout dona sunt spiritus
sancti, diuinarū humanarum c̄p. 1. Cor. 12.
rerum notitia dici possint: proprię
tamen sapientia, diuinarum: scientia Job. 26.
autem est rerum humanarum. Quæ Aug. lib.
etiam sapientia theosebia appellatur, 12. de Tri.
hoc est Dei cultus, quo videlicet Deū cap. 14.
agnoscimus, & amamus: scientia ve-
ro, qua à malis abstinemus. Hinc ad
superiorū contemplationē illa per-
tinet: ista vero ad temporalium acti-
onem.

A sapientia etiam intellectus per
hoc distinguitur, quod hæc de rebus

G 3 fit æter-

LOCORVM COMMVNIVM
sunt æternis, ista de rebus est ex tempo-
re ortis: quodq; sapientia de cognitis
per eam delectamur: at non sic intel-
lectus, quo res tantum apprehendi-

Aug. lib. mus. Quare scientia valet ad tempo-
13. cap. 16. ralium rerum rectam administratio
de Trinit. nem, & ad bonā inter malos conuer-
sationem: intelligentia vero ad crea-
toris & creaturarū inuisibilium spe-
culationem: sapientia vero ad solius
æternæ veritatis contemplationem
ac delectationem.

Quæ quidem ut dona sunt sancti
spiritus, ab eis quæ à natura sunt no-
minibus eisdē appellatis, ex hoc ipso
differunt, & ea perficiunt.

Nec dicta sapientia Deus est, sed
magis donum est ipsius.

Caput 36.

Sunt ne virtutes inter se connexæ?
IN charitate, quæ virtutum omni-
um mater est, & totius plenitudo
legis, virtutes reliquæ, infusa vi
delicet, ita connexæ sunt, ut qui vna
habuerit, habeat omnes: & omnibus
caret, qui caret vna.

Nec tantum hoc modo connexæ
sunt virtutes, verum & sunt cquales,
ita ut vna aucta, & reliquæ pro rata
portioē augeantur: ut qui pares sunt
in ali-

in aliquo
compro-
mi habi-
At in
oportet
in patie-
Moyses
tur: con-
ligendu-
gulas hu-
buerint
litate p-
gere: vi-
virtute
charita-

Nequ-
oportet
us conti-

Porr-
tem, om-
cuntur:
decalog
quoq; le-
tlecteda,

Qua-
D
qua ver-

in aliqua, in alijs quoque pares esse
comprobentur. Quod tamen de ani-
mi habitu accipiendum est.

At in actu exterius hoc fieri non *Jacob* 5.
oportet. Hinc quod Abraham in fide, 2. *Reg.* 5.
in patientia *Iob*, in mansuetudine *Num. 12.*
Moyses, & sic de alijs excelluisse dici
tur: comparatione ad alios est intel-
ligendum: nō autem quasi singuli fin-
gulas hasce virtutes perfectius ha-
buerint. Atque hæc quidem de æqua-
litate proportionis oportet intelli-
gere: vnde per hoc non excluditur,
virtutem unam alia esse maiorem, &
charitatem omnium primam.

Neque per hoc peccata paria esse *Heb. II.*
oportet, cum unum charitati ampli- *Matt. 5.*
us contrarium inueniatur. *Aug. lib.*

Porro ad Dei & proximi charita- *1. ca. 35. de-*
tem, omnia decalogi præcepta redu- *doctrinæ.*
cuntur: ad quæ & moralia omnia ex *Chriſt.*
decalogo manantia, cæremonialia
quæ legis veteris spiritualiter in-
tellecta, referri debent.

Caput 57.

Quæ sunt decalogi præcepta?

Decem sunt decalogi præcepta, *Exod. 20.*
quorum tria (scilicet primæ *Deut. 5.*
tabulæ mādata) ad Deum: reli *Matt. 7.*
qua vero septem (quæ secundæ tabu-
G 4 *læ) ad Luc. 6.*

LOCORVM COMMVNIVM

Iæ) ad proximum nos dirigunt & cōponunt. Vnde primum prioris tabulae præceptum (quod de cultu vnius

Homil. 8. Dei existens, quamuis Origenes dividat, Augustinus tamen vnu esse ostendit) ordinat ad patrem, in quo est unitas & autoritas.

5. O. q. 71. Alterum autem, quod est de non assumendo in vanum nomine Dei, al super exod. legoricè filium patri æqualem significans, ordinat ad filium, in quo est æqualitas.

Rom. 6. Tertium vero, quod est de sabbato sanctificando : significatq; requie, & hic à vitijs, & in futuro in Dei contemplationem, ordinat, ad spiritum sanctum, cuius charitate eum obtineamus, per quem & sanctificamur.

Daniel. 5. Secundæ vero tabulæ primū præceptum, honorem & curam parentibus indicit.

Matt. 5. Secundo, prohibetur corporale & spirituale homicidium.

Tertio, mœchia exploditur, & omnium membrorum genitalium abusus.

Quarto, cauetur furtū & rapina, & omnis iniuriosa alienæ rei usurpatio.

Quinto, crimen mendacij & perjurij interdicitur. Sed de his aliquanto latius est differendum.

Caput

Quo
T

lignita
& Rah
nec fal
Et perr
lignita
quod o

Prin
non ta
tem D
Rahab
fiebat p
ricordi
Neque
catis i
est : ali
stum ef

Aug
genera
ad tria

Est a
tiri, &
quiden
quaqua
menda
contrà

M
&cō.
tabu-
vnius
s diui
osten
st vni

e non
Dei, al
signi-
uo est

bba-
quiē,
i con
itum
obti-
ur.
præ-
entir.

le &

Zom
us.
ina,
sur-
per-
ian-
put

L I B E R III.

Caput 38.

Quot sunt mendaciorum genera?

Tria sunt mendaciū genera: offi-
cio sum, quod pro salute aut ēō Aug. su.
modo fit alicuius absque ma- Psal. 5.
lignitate: quale fuit illud obstetricū Perdes
& Rahab Ierichontinæ. locosum, q omnes,
nec fallit, sed scitur causa ioci dictū. &c.
Et perniciosum, quod scilicet ex ma- Iosue 2.
lignitate, & fallendi animo procedit: Exod. 1.
quod omnibus modis fugiendū est.

Prima autem duo et si levia sunt,
non tamen sunt sine culpa. Quod au- Iosue 2.
tem Dominus, obstetricibus & ipso & 6.
Rahab beneficisse legitur, hoc non
siebat propter mendaciū, sed ob mise-
ricordiam populo Dei exhibitam.
Neque vero idcirco hoc de alijs pec-
catis in consequentiam trahendum
est: alioqui detestāda sequi manife-
stum est.

August. autem octo mendaciū
genera discernit, quæ tamen omnia
ad tria illa prædicta reduci possunt. Libr. de
mn da. ad

Est autem differentia inter men- Consent.
tiri, & mendacium dicere: cum hoc cap. 14.
quidem sine falsitate, illud autem ne-
quaquam fieri possit. Sed & quisquis
mendacium loquitur, mentitur, non
contrā. Hinc falsum loquens verax
G 5 esse

LOCORVM COMMVNIVM
esse potest, cū scilicet loquitur ex ani-
mo. Hinc & contrā, Iudeus Christum
dicens esse Deum, mentitur quidem,
quia non credit: non tamen loquitur
mēdaciū, quia versi quod dicit est.

Omne igitur mendacium pecca-
tum est, alterum tamen altero graui-
us: qui grauitatis ordo per compara-
tionem ad id, quod fit in doctrina fi-
dei, accipi potest.

Gene. 27. Ex his etiam patet non idem esse
mentiri, & errare, cūm hoc absq; pec-
cato quandoque esse possit.

Caput 39.

Quid periurium?

*Aug. de
verbis
Apostol.
scrīt. 28.*

Cōmītes suos iuriūrandū seu
iuramentū habere debet, ve-
ritatē scilicet, iudicium, &
iusticiā: quæ si defuerint, iuramen-
tū fit periuriū. Hinc peierare eum
constat, qui fallendi voluntate fal-
sum iurat: eumq; qui iuramento fal-
sum firmat, quamuis ipse verum pu-
tet: eum quoque, qui cūm verum
fit quod iurat, putat tamen falsum,
ybi quamuis mentiatur iurans, non
tamen est mendacium, vt ex supradic-
tis patet. Periurat autem nihilomi-
nis talis: iurat enim fallendi inten-
tione. Qui autē iurat se aliquid pra-
stitu-

L I B E R III.

stitutum, quod tamen non dat, periu*1. Reg. 25.*
rus nō est, nisi mutando propositum,
aut terminum transgrediendo.

Quanquam autem iurare nō sem-
per sit malum seu illicitum: iurare ta-
men falsum, est grande peccatū: nec
sine peccato, citra necessitatem etiā
verum iurare. Ex necessitate autem
in rebus licitis concessum est iurare:
vt cūm innocentis probitas per hoc
ostendi dēbet: & sic de alijs.

Licet autem & per creature*s* iura-
re, nec tamen minus tenemur hoc iu-
ramento, quam si per Deum præsti-
tum esset ius*u*randum.

Per falsos quoque deos etiam ve-
rum iurans infidelis, peccat: quo ta-
men eius iuramento sine peccato, ad
bonum fidelis vti potest.

Iuramenta autem in malum exi-
tum vergentia, obseruanda nō sunt. *Beda b.*

Neque tamen callida arte verbo-*44.*
rum deceptorīe iurans, neque alterū
peierare scienter cogens, à mortali
excusatur: secūs autem, si exigat ideo
vt fidē de re iurata habeat. Hoc enim
humana est tentatio.

Est autem iuxta Ecclesiæ decretū,
ad iuramentum solenne iejuno sto-
macho accedendum: nisi pro pac*u*-
at, aut periculi quid mora creetur.

G 6 Caput

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 40.

Quid uerant duo postrema deca-
logi præcepta?

Matt. 5.

Sextum ultimæ tabulæ præcep-
tum & ordine decalogi nonum,
quod est de non concupiscentia
proximi uxore: & præceptum ultimu-
mum de non appetenda qualibet re
alterius, à duobus prioribus, mœchi-
am & furtum prohibentibus, non
aliter differunt, quam quod clarius
explicant, quid in illis inuoluatur:
ne cum audimus prohiberi actus ex-
ternos, putemus affectuum curam
non haberi.

Porro lex vetus hoc sensu manu-
tantum comprimere dicitur, non ani-
mum, quod externis solum proposi-
ta, & per comminationem pœnæ in-
iuncta, hactenus tantum malam vo-
luntatem cohipeat, ut per exteriorē
actum non erumpat foras, ipsam au-
tem voluntatis malitiam non immu-
tet: quod sine auxilio gratiæ Dei fieri
non potest.

Ex eodem capite prouenit, quod
Apostolus ait legem occidere, nulla
quidem culpa legis, quæ sancta est &
bona: sed nostro vitio, quibus ad le-
gis ad-

gis adm
volunta
tus gra
in cord
tantum
tur, sec
& ipsun
Distra
gis liter
fa, fa
quo
li

Finis

m

M

48

cep-

um,

nda

lti-

t re

echi

non

rius

ur:

ex-

ram

anū

ani

ofi-

in-

vo-

orē

au-

mu-

eri

od

lla

&

le-

id

L I B R III.

gis admonitionem augetur peccandi
voluntas: Eam autem corrigit spiri-
tus gratiæ, qui charitatem diffundit
in cordibus nostris, per quam non
tantum cognoscitur quid præcipia-
tur, sed fit quoq; vt & præcipientem
& ipsum præceptum diligamus.

De legk
Distat autem Euangeli litera à le
gis litera, quod in eis diuersa promis
sa, sacramenta diuersa, diuersa *Euan-*
gelij diffe
quoque non quidem mora- *rentia.*
lia, sed ceremonalia in-
ueniantur præ-
cepta.

Finis tertij libri Locorum com-
munium religionis Chri-
stianæ.

LOCORVM
COMMVNIVM
RELIGIONIS CHRI-
stianæ Liber quartus.

Quarto hoc locorum communium libello de sacramentis differemus, ad cuius calcem nonnulla de resurrectione et extremo iudicio adjiciemus.

Caput I.

Quid est Sacramentum?

Aug. lib.
2. cap. 1. de
doc. Chri-
stia.

Idem lib.
10. de ciui.
cap. 55.



A sacramentum (generatim) sacræ rei signum est. Neque vero omne signum, sacramentum est: sed quod ex institutiōe significat, gerens, scilicet, rei signatae similitudinem: signū simul existens & causa. Est ergo invisibilis gratiæ forma visibilis, eiusdē gratiæ gerens imaginem, & causa existens.

Rom. 3. Quanquam autem absque sacra-
mentis, Deus gratiam dare posset: ob
hum

L I B R E R I I I I L

humiliationem tamen hominis sub *Hier. epi.*
sensibilibus creaturis: ad eiusdē eru- *ad Rusti-*
ditionem, quo per hæc ad inuisibilia
cognoscenda proficiat: & ob ipsius *cum de for-*
exercitationem, ne scilicet per otium *ma uiuen-*
ad peiora dilabatur, instituta sunt sa- *di.*
cramenta in rebus & verbis sita.

Nouæ vero legis sacramenta, à ve-
teribus in hoc distant: quod hæc sa-
lutem conferant: non autem illa.

Porro circuncisio eandem vim ha-
buit, quam baptismus, hoc tantum
excepto, quod regni cœlestis ianuam
non aperiret.

Quæ data Abrahæ iam adulto, octa *Gent. 17.*
uo nativitatis die, cultro petrino po *Ios. 5. ¶*
sterius fieri debebat, sine qua si post *25.*
octauum diem infans decessisset, pe-
ribat anima eius de populo Dei.

Qui vero ante octauum diem mo-
riebantur, non erant huic necessita-
ti obnoxii, vt quos ante illum diem
lex circumcisionis non obligabat.

Caput 2.

Quot sunt nouæ legis Sacramenta?

Septem sunt nouæ legis sacra- *Hugo lib.*
menta: Baptismus, confirmatio, *i. parte 2.*
Eucharistia, pœnitentia, vncstio *cap. 8.*
extrema, ordo, & coniugium.

Quorum alia remediū contra pec-
catum

LOCORVM COMMVNIVM
catum præbent, & gratiam conferunt
adiutricem, vt baptismus & coniu-
gium: alia vero gratia & virtute nos
fulciunt, vt ordo & Eucharistia.

Quæ ideo post Christi aduentum
instituta sunt: quia ex ipsis passio-
ne efficaciam sortita sunt.

Gent. 2.

Coniugium tamen olim ante pec-
catum institutum est, in sacramentū,
& officium: post peccatum vero, etiā
in carnalis concupiscentiæ ordina-
tur remedium.

Matt. 3.

De baptismo autem sacramenta-
li, notandum quod ad ipsum baptis-
mus Ioannis erat præparatorius: ille
enim aqua tantum lauabat, non au-
tem peccata relaxabat: sicq; ad Chri-
sti baptismum disponebat.

Marc. 1.

Vnde & quotquot hoc Ioannis bap-
tismo baptizati fuerunt, Christi præ-
terea baptismo erant baptizandi.

Luc. 3.

Caput 3.

Quid est Baptismus?

Aug. su.

Baptismus est, quum corpus ex-
terioris abluitur aqua, sub præ-
scripta verborum forma Nam
accidente verbo ad elementum, fit sa-
cramentum: sicq; in verbo & elemen-
to, baptismus consistit, quæ, scilicet,
sunt de eius substantia. Cætera ad ip-
sum

Ioan.

tract. 80.

sius deco-
ta sunt,
est mini-
mentum
Quo
Christi
tur, vol-
ctum ac
nominis
cūt alii,
ma: bap-
sti, idē ei-
vim ac i-
beret,

Inuoc-
debet di-
ti forma
tota trin-
& in Ch-
do, scilic-
mæ car-
aquis co-
Est au-
ria, aqua
baptizati
instruxi-
cruce pr-
propter
significa-

Potet
semel tir-

M
ferunt
niu-
e nos

atum
ssio-

pec-
ntū,
etia
ina-

nta-
ptis-
ille
au-
hri-

bap
præ

ex-
ræ-
am
tfa
en
et,
ip-
us

L I B R I I I I.

sius decorum & solennitatem instituta sunt, quae si etiam omittantur, non est minus verum & sanctum sacramentum.

Matt. u. 6.

Quod vero' Apostoli in nomine *Act. 8.*
Christi baptizasse in actibus leguntur, volunt quidam dispensatiuc factum ad tempus, ad diuulgationem nominis Christi, sed probabilius dicunt alii, nihil ibi dici de baptismi forma: baptizari autē in nomine Christi, idē esse quod tingi baptismō, qui vim ac institutionem à Christo haberet,

Inuocando autem trinitatem, non debet dici in nominibus: ne sacramenti forma mutet, sed in nomine, quia tota trinitas simul ibi operatur, quae & in Christi baptismō apparuit, quando, scilicet, Christus tactu mundissimae carnis suae vim regeneratiuam aquis contulit.

Est autem huius sacramentimate *Luc. 10.*
ria, aqua pura, in quali & Christus *Matt. 10.*
baptizatus est, de qua & Nicodemū instruxit, quae & ex ipsis latere in cruce profluxit. Et hoc conuenienter propter elementi communitatē, & significationem.

Potest autem baptizandus ter vel semel tingi, secundum morem regionis,

LOCORVM COMMVNIVM
nis, licet prius melius sit, Christi signi-
ficans morte & triduanam sepultu-
ram, in qua & legalia terminata sunt.

Causa vero institutiōis baptismi,
est hominis à peccato (quo infectus
fuit) innouatio, quā baptism⁹ habet
ex dominica passione. Atq; hæc ipsa
innouatio, est huiusce sacramēti res.

Caput 4.

*Estne sacramentum baptismi sem-
per cum suis effectibus con-
iunctum?*

Inter eos, qui baptizantur, quidā
sicut accipiunt rem & sacra-
mentum, ut adulti dispositi & paruu-
li ritè baptizati: Quidam autem sa-
cramentum tantum, & non rem, vt
adulti, qui sicut & sine fide, & sine con-
tritione accedunt. Consequuntur eti-
am quidam rem baptismi sine sacra-
mento, vt hi qui sanguinē pro Chri-
sto in charitate fundunt, aut contri-
ti, qui desiderato sacramento exclu-
si, ex hac vita decedunt.

Galat. 3.

Lib. 3. cap.

7. de Tri.

Quod aut̄ Apostolus dicit: Quot-
quot in Christo baptizati estis, Chri-
stum induistis, loquitur de ritè dispo-
sit⁹: quo etiam Augustini inquisitio
reduci debet.

Porro

Per-
dentur
lus con-
nentib
Neq;
sanguin
dem &
uulis a-
tet suffi-
aqua b-

Quo-
do præ-
tionem
baptisi
ad poen-
get, for-
numer-
imō ne-
quis ast

Mar-
nalitat
hæ poen-
quiram
ercent

Pate-
cet gra-
dere, ne
cū quia
vt si quia

Qua-
bitrij n-

L I B R I I I I .

Perro' autoritates, quæ dicere vi-
dentur, quod sine aqua baptisini, sa-
lus constare non possit: de contem-
nentibus sacramentum accipiuntur.

Neg^o hæc tantum in fundentibus
sanguinem vera sunt, sed & in alijs fi-
dem & charitatē habentibus. In par-
uulis autē quibus aliena fides opor-
tet suffragetur, secūs est. Hinc nisi in
aqua baptizentur, pereunt.

Quod si quis ante baptismum mo-
do prædicto gratiā & sic peccati dele-
tionem, assecutus sit, non est per hoc
baptismus frustra. Nam obligationē
ad pœnam aufert, & gratiam adau- *Matt. 25,*
get, formitem quoque restringit, & in *Rom. II.*
numerum fidelium expresse ponit:
imō nec sine baptismi voto gratiam
quis assequeretur.

Manent autem post baptismū pœ-
nalitates, tum ut vitam futuram, ubi
hæ pœnitūs non erunt, studiofius in-
quiramus: tum etiam ut virtutis ex-
ercendæ materiam habeamus.

Patet ex his, rem sacramenti, scili-
cet gratiam, ipsum quandoq^{ue} præce- *Ioan. III.*
dere, neg^o id videri debet absurdum,
cū quandoq^{ue} longè etiā post sequat,
ut si quis sicutē accedēs, post pœnitēat.

Quanquam aut̄ paruuli usum ar-
bitrii nondum habent, gratiam ta-
men

I. Cor. 6.

LOCORVM COMMUNIVM
men in baptismo habitualem accipi-
unt: qua & vti poterunt adulti, nisi
peccando eam extinguant.

Caput 5.

Pendet' ne baptismi integritas ab ad-
ministrantium qualitate?

*I:Cor.3.
Galat. 6.*

A Equè verus & sanctus baptis-
mus à bonis datur & à malis
ministris: nec plus à bono,
nec minus à malo. Neque enim homi-
nis munus est baptismus, sed Dei, qui
principaliter baptizat. Vnde nec Pe-
tri, nec Pauli baptismus dicitur, sed
Christi: qui sibi baptizandi potesta-
tem retinuit, ministerio alijs collato.

De eis vero, qui baptismum reci-
piunt, dicendum quod hæreticus vel
schismaticus, quamvis baptismum
accipiat, nō tamen virtutem eius po-
test participare. Qui, si Ecclesiæ se con-
iungat, non quidem reiterandus est
baptismus, sed ipse in ynitate catho-
lica, effectum ipsius consequetur.

Caput 6.

Quis est ordinarius baptisni
minister?

Extra necessitatis casum bapti-
zare non conuenit, nisi sacer-
dotibus.

L I B E R IIII.

dotibus. In necessitate autem permit-
titur etiam laicis & mulieribus. Qui
si etiam extra necessitatem baptiza-
re attentârint, licet grauiter peccent,
verus tamen est baptismus, nec ite-
randus: sicut nec rebaptizari debent
ab hæreticis secundum formam Ec-
clesiæ baptizati, sed sunt reconcilian-
di. Quod autem Cyprianus contrari-
um sensit, ignorantia factum est, quæ
per martyriū expiata est. Neq; est nisi
vnum baptismus, qui trina sit immer-
sione, propter mysterium trinitatis.

In vteris autem maternis etiamsi
mater baptizetur, puerum baptizari
non contingit. Oportet enim homi-
nem prius nasci quam renasci. De his
autem, qui in vtero sanctificati di-
cuntur, respondemus hoc per priui-
legium factū esse, ybi & an vesus ratio-
nis accelerat⁹ sit, in dubio relinquif.

Neque etiam baptismum impedit
incongrua baptizantis locutio, ex ig-
norantia proficiscens.

Quod si de quoquam ignoretur,
baptizatus sit, nec ne, sub conditione
baptizari debet: nec reputandus est
tunc baptismus iteratus, cùm nescia-
tur datus.

Si quis autem solum ioco tinga-
tur, etiam prolata forma, baptismus
non

Beda in

hom. 36.

in Matth.

LOCORVM COMMVNIVM
non est, cùm intentio sit necessaria.

Quod si paruulus spe cōmodi offre-
ratur, nihilominus baptismū recipit.

Potest autem baptismus dari om-
ni tempore, licet conuenientius in
sabbato Paschæ & Pentecostes.

Et quidem si adulti sint baptizan-
di, pro se respondeat: si vero paruuli,
alij respondet pro eis: at paruuli illa
responsioe tenentur cū adoleuerint.

Ea autem quæ sunt pro baptisma-
tis solennitate, etiam si omittantur,
baptismum non irritant.

Caput 7.

Quod est alterum à baptismo sacra-
mentum, & quis eius usus?

Confirmationis sacramentum,
quod institutum est ad fidei fir-
mitatem & gratiae profectum,
a episcopis & his solis cōferendum
est, & hoc sub prescripta forma: Con-
signo te signo crucis, & confirmo te
chrismate salutis, in nomine patris
& filij, & spiritus sancti.

In quo quidem sacramento dona-
tur spiritus sanctus, ad roborandum
eos, qui baptizati sunt, qui & datus
est in baptismo ad peccati remissio-
nem.

Quamuis

Quan-
firmasse:
tempore
cessum,
Debet
obstet n-
sicut nec

Quod' na-

D

vel gratia
spirituali
dō gratia
mentū, se-
fons & or-
in lege v-
na, quoq-
pluit pos-
quem bap-

Ceteri
à Christo
agni pasc-
sibilem su-
cipulis er-
moriæ di-
retur, que
ta termini
Et hoc

L I B E R I I I I .

Quamvis autem præsbyteri confirmasse legantur, fuit tamē hoc pro tempore peculiari indulgentia concessum, nec iam vltra fieri debet.

Debet autem accipi à ieunis, si nō obstat necessitas. Nec iterari debet, sicut nec baptismus, nec ordo.

Caput 8.

Quod'nam Eucharistiae sacramētum?

Dominici corporis & sanguinis sacramentum, quod Eucharistia (hoc est, bona gratia) vel gratiarū actio) vocatur, per quod *Ioan. 6.* spiritualiter reficiemur, in quo nō modū *Eccle. 24.* dō gratiæ & virtutis confertur augmentū, sed etiam sumitur ille, qui est *Exod. 16.* fons & origo gratiarum. Hoc, inquā, *Num. 21.* in lege veteri figuram habuit manna, quod in deserto patribus Deus pluit post transitum maris rubri, per *Psal. 77.* *Sap. 6.* quem baptismus est figuratus. *Greg. in*

Ceterū est Eucharistia instituta homi. passa Christo in ultima cœna post eum *chili. &* agni paschalis, quando Christus visibilēm sui corporis præsentiam dispensipulis erat subtracturus: ut sic memoriae discipulorum arctius infigetur, quo & veteris legis sacramenta terminabantur.

Et hoc certa verborum forma, ad quam

LOCORVM COMMVNIVM
quam fiat conuersio panis & vini in
substantiam corporis & sanguinis
Christi. Cætera vero quæ in missa di-
cuntur, ad laudes Dei pertinet & ora-
tiones.

Etsi autem post cœnam institutum
sit hoc sacramentum, ut tamen à ieu-
nis sumatur, ob sui reverentiā ratio-
nabiliter ab Ecclesia est ordinatum.

*Aug.lib.
10.ca.5.de
cīmīt. Dei.* In quo quidem sacramento tria
est cōsiderare: scilicet, sacramentum
tantum, quod est species panis & vi-
cinit. Dei. ni: sacramentum & rem, quod est cor
*Aug.lib.
4.de sacr.
cap 4.* pus Christi verum : & rem tantum,
quod est mysticum corpus eiusdem
Domini Iesu Christi.

Caput 9.

Quot modis manducatur cor-
pus Christi?

*Aug.de
sacramen.
fidelium.
1.Cor.ii.* VPLEX est huius sacramenti
manducandi modus , sacra-
mentalis scilicet, & spiritualis:
duplici rei ipsius correspondens, sci-
licet corporis ipsius mystico, & vero.
Sumitur namq; corpus domini in
hoc sacramento verè & realiter à bo-
nis & malis: sed à malis sacramenta-
liter tantū , à bonis sacramentaliter
simul & spiritualiter : quorum prior
mandu-

VM
vini ii
guini
nissa di
& ora
stitutū
n à ieu
i ratio
natum,
o tria
entum
& vi
est cor
ntum,
usdem
ora
menti
sacra
realis:
is, sci
vero.
ini in
r à bo
menta
aliter
prior
andw

L I B E R IIII.

manducandi modus consistit in sus-
ceptione ipsius sub yisibili sacramen-
to alter vero in ynione ad ipsum sub
sacramento contentum. *Greg. in
homilia*

Secundum quos manducandi mo^ppaschalis
dos distinguenda sunt quædam do-
ctorum verba, qui alioqui ambigue
loqui videntur & contrariè.

Caput 10.

Quid sentiendum de ueritate corpo-
ris & sanguinis Christi in sa-
cramento altaris?

Insana est & execranda hæresis, *Ioan. 6.*
qua quidam iuxta intellectus sui *Aug. in
obtusitatem in sacramento alta-
ris dicunt, verum corpus Christi, ip-
sa re non contineri, sed tantum figu-
ra, frustra nimirum illi innitentes,* *Psal. 54.*
Matt. 26.
quo Dominus dicit: Spiritus est, qui *Marc. 14.*
viuificat, caro non prodest quicquā.
Et pauperes semper habebitis, me au-
tē non semp habebitis, &c. Neq; enim
prodest caro, si sola sit à diuinitate seiū
cta. Et nunc Christū non habemus vi-
sibiliter præsentē eo conuersationis
modo, quo hīc olim in terris agebat.

Isti autem non aduertūt alia, quæ
Dominus de huius veritate sacramē-
tidicit: Caro mea verē est cibus: &, *Ioan. 6.*

H hoc

LOCORVM COMMVNIVM
Hoc est corpus meum, &c. Verè igitur
& realiter corpus eius verum in sa-
cramento cōtinetur, inuisibiliter ta-
mē, & sub speciebus panis & vini oc-
cultatū. Et qui autor est muneris, ip-
se est testis veritatis. Quod multis ex
emplis & autoritatibus ostēdi potest

Caput II.

Remanet' ne substantia panis & vi-
ni facta consecratione?

Aug. de
Trin. lib.
3. cap 4.

Conuersio panis in corp9 Chri-
sti, & vini in sanguinem eius,
non est accidentaria, remanen-
tibus præexistentibus accidētibus, i.
sapore pondere, figura, & colore: sed
substantialis, rectē à patribus appel-
lata transubstantiatio, eo quod sub-
stantia panis & vini in corpus & san-
guinem Christi conuertantur: nec ta-
men hoc sit per nouam corporis for-
mationē, vel præexistentis augmen-
tum, quia quantitas manet.

Nec panis se habet ut materia re-
spectu corporis Christi, sed conuer-
tur panis substantia in corpus Chri-
sti, illud ipsum prorsus quod de vir-
gine assumptum est, diuina interim
virtute panis accidentia sustentans,
à quibus tamē nihil afficitur, nec cen-
sendus est panis anhilari, sed (vt di-
ctum

(dū est) i.

Occu-

& sangu-

ad vita-

tum irri-

ob fidei

quæ nor-

Sub c-

tur, vt f-

assump-

in nobis

Quod ne-

sub vtra

que vero

panis &

Vino

vnionem

significa-

Et qu-

tale & pa-

dit. Nos

accipimi-

guinē, se

In quo su-

conse-

A

c

pore Ch

M
igitur
in sa-
ter ta-
ni oc-
ris, ip-
ltis ex-
potest

T

Chri-
n eius,
nanen-
bus. s.
re: sed
appel-
d sub-
& san-
nec ta-
s for-
men-

ia re-
uerti-
Chri-
e vir-
terim
tans,
ec cen-
t di-
atum

L I B E R IIII.

etū est) in corpus Christi cōuertitur.

Occultantur autem idem corpus & sanguis sub panis & vini specie: tū ad vitandum horrorem sumentium: tum irrisiōnē infidelium: tum etiā ob fidei meritum, vt quae sit de his, quae non videntur.

Sub dupli ci etiam specie conficiatur, vt filium Dei corpus & animam assumpsisse significetur, atque eadem in nobis sanctificare ac instaurare. Quod nec vnitatē ipsius tollit, quia sub vtraque specie totū sumitur. Neque vero de alijs substantijs, quam panis & vini, cōfici debet aut potest.

Vino autem aqua miscenda est, ad vniōnē populi cum capite Christo significandum.

Et quidē discipulis Christus mortale & passibile adhuc corpus tradiit. Nos autem tale quale modo' est, accipimus, quod nec intinctū in sanguinē, sed siccū populo tradi debet.

Caput 12.

In quo subiecto sunt accidētia illa post consecrationē remanentia?

Accidentia panis & vini in sacramento post consecrationē remanentia, non sunt in corpore Christi, q̄ videlicet eisdem non

Luc. ultī.

H 2 est

LOCORVM COMMVNIVM
est affectum: nec sunt in pane & vino,
quæ tunc non extant, sed sine subie-
cto diuina virtute sustentantur: re-
manent autem ad mysterij ritum, &
fidei suffragium, ac oris gustum.

1. Cor. 10.

De fractione aut dicendum, quod
vera est fractio in ipso sacramento,
non quidē in corpore Christi, quod
impassibile est, sed in accidentibus
remanentibus. Idquia fit ad significan-
dum diuersum statum corporis ipsi-
us veri, in mundo, in sepulchro, & in
cælo. Atque ad significandum corpo-
ris ipsius mystici partes, quarum ali-
qua in beatitudine cum eo regnat,
alia in mundo ambulat, alia autem
in sepulchro quiescit.

Est autem totus Christus in singu-
lis partibus fractis.

Denique hoc, quod quotidie facit
sacerdos, & sacrificium & immolatio
propriè dici potest. Est enim signum
memoriale, & figura immolationis
pro nobis semel factæ. Hinc & quoti-
die sumitur in charitatis augmentū,
& medicinam peccatorum.

Caput 13.

Est ne omnibus sacerdotibus hæc con-
secrandi potest & communis?

Sacer-

SAcce
vita
con-
rito con-
tur creat
mento vi
cretius o
Quin
ticus sac
modo ser
quod Ecc
Hæret
tio in ini
incurritu
natè prol
tempora
riæ princ
nouas op

POer
dui
bus
tis. Est en
fragium
post bap
am repa
est sacra
tia autem

A pœn

L I B E R III.

Sacerdos quilibet etiam impuræ
vitæ, Eucharistiae sacramentum Aug.lib.
confidere potest. Nō enim in me- de corpore
rito consecrantis, sed in verbo effici- Domini.
tur creatoris cuius virtus sub tegu-
mento visibilium rerum salutem se-
cretius operatur.

Quin & hæreticus atque schisma-
ticus sacerdos verè cōsecrare potest,
modo seruata forma intendat facere
quod Ecclesia facit.

Hæreticum aut̄ facit prava inten-
tio in intelligentia scripturarum. Et
incurritur hæresis ex verbis inordi-
natè prolatis. Est vero hæreticus, qui
temporalis commodi, & maximè glo-
riæ principatusq; sui gratia, falsas ac
nouas opinioes gignit, vel sequitur.

Caput 14

Quid est pœnitentia?

Pœnitentia (de qua nunc agen-
duim est) necessaria est homini-
bus per peccatum à Deo separa-
tis. Est enim secunda tabula post nau-
fragium, sicut baptismus prima. Nā
post baptismum lapsi, per pœnitenti-
am reparari possunt. At baptismus
est sacramentum tantum, pœniten-
tia autem etiam virtus est.

A pœnitentia autem & Christus & Mat. 3.4.

H 3 præ-

LOCORVM COMMVNIVM

Marc. 6. præcursor ipsius Ioannes, prædicatio
Efai. 6. nem incepunt, quæ à puniendo di-
cta, à timore initiatur. Est igitur pœ-
nitentia, præterita mala plangere, &
plangenda iterum non committere:
quod cum similibus accipiendum est
de proposito plangentis.

Vnde erroneum est quod quidam
dixerunt veram pœnitentiam non
fuisse, ubi plangentem contingitite-
rum peccare. Veruntamen per pecca-
tum sequēs, pœnitentia prior & alia
bona mortificantur: attamen si pec-
cator iterum resurgat per pœnitentia-
m, opera in charitate facta reui-
scunt, quamvis non ea, quæ in pecca-
to facta, nunquam enim viua fuerūt.

De uera lectus eius, quod Augustinus dicit.
¶ filia inanem esse pœnitentiam, quam se-
pœnit. c. 8. quens culpa coinquinat. Similiter &
id quod de relapsis dicit, Non eos
veniam consequi. Quod autem dicit
pœnitentem dolore gaudere debere,
de perfectorum intelligentur pœni-
tentia.

Quod vero Ambrosius ait, pœni-
tentiam non reiterandam, de solen-
pœni. c. 11. ni pœnitentia accipitur.

Alioqui toties iteranda est pœni-
tentia, quoties quis peccat. Nec con-
tra est

tra est
vt quæ
get, non

Pote

A

altero p

Quo
nō puni-
dum est
quidem
tur) em
& accipi-
ducit, al-
ne in æt
non pœ-
naliter(tur, qui
talibus

Quo
complu-
non est c
criminis
desertio

Vnde
alio , fa

M
L I B E R M U L T U S.
tra est autoritas Apost. Heb. 6. & 10. *Hebr. 1.*
ut quæ baptismum repetendum ne-
get, non pœnitentia sacramentum.

Caput 15.

Potest'ne unum peccatum sine
altero remitti?

A Veritate longè recedunt, qui
putant vnum mortale sine al-
tero dimiti, seu de uno sine
altero pœnitentiam agi posse.

Quod autem scriptura dicit Deum *Nahus. 1.*
non punire bis in idipsum, Intelligere secundum
dum est de his, qui ex flagellis (quæ 70.
quidem quintuplici causa infligun-
tur) emendationem accipiunt. Sicut
& accipiendum est, quod Hiero. ad- *In 1. cap.*
ducit, aliquos temporaliter punitos, *Nahum.*
ne in æternum punirentur. Nam in *Gêne. 19.*
non pœnitentibus etiam leuia æter- *Exod. 14.*
naliter (saltem per accidens) puniun- *Num. 1.*
tur, quia scilicet cum eis simul & mor-
talibus deceidunt.

Quod etiam dicit Greg. ciuitatem
complui in vna parte & non in alia, *Ho. 10. in*
non est contrarium: quia non quo ad *Ezech. c.*
criminis veniam, sed alicuius peccati *1. Nahu.*
desertionem quandoq; hoc contingit.

Vnde de uno peccato mortali sine *Heb. 6.*
alio, satisfactio fieri non potest. Est

H 4 enim

LOCORVM COMMVNIVM
enim satisfacere, peccati causas exci-
dere, & earum suggestionibus aditū
non præbere: quod non facit, qui vel
in vno remanet mortali. Hinc nec
blandiri sibi debent de eleemosynis,
qui non de omnibus pœnitent: eo
quod dicat Dominus: Date eleemo-
synam, & ecce omnia munda sunt vo-
bis. Eleemosynam enim seu miseri-
cordiam, oportet sibi ipsi homo pri-
mum impendat, scilicet de peccatis
pœnitendo.

Bono autem in statu peccati facta,
non remuneratione gloriæ, sed tem-
porali aliquo compensat Deus. Sed
nec bona in charitate facta, per pec-
catum mortificata, nisi per pœnitentia-
tiam reuiuiscunt. Igitur ynum pecca-
tum mortale fine altero non dimitti-
tur, sicut nec Christus hominem, nisi
totum aliquando sanavit: alias deus
inimico, & ei qui nō habet timorem,
veniam daret: nec plenam, sed dimi-
diā, quod inconueniens esse patet.

Deniq; & ad veram pœnitentiam,
malè ablatorum restitutionem fieri
necessarium est, dummodo facultas
ad sit.

Caput 16.

Quot sunt pfectæ pœnitentiae partes?

Tres

L I B E R III.

TRes ponuntur partes perfectæ
pœnitentię, scilicet, cordis con-
tritio, oris confessio, & operis
satisfactio: nam & corde, & ore, & o-
peris consuetudine spiritualiter mo-
rimur. In cuius etiā signum tres mor-
tuos dominus suscitauit, vnum in do-
mo: alterum extra portam: tertium
iam factidum in sepulchro.

Est autem pœnitenti necessaria discrecio, ut scilicet consideret qualitatem criminis, tempus, locum, & personam: & sic de alijs circumstantijs, quæ ipsum variare, & in aliud genus trahere possunt: quātumq; in eo perseverauerit, & de omnibus doleat, nec confessionem diuidat. paratusq; sit sacerdoti obedire, & tunc tandem ad communionem Eucharistiae accedit. Caueat autem ea, quæ veræ pœnitentie sunt impeditiua, qualia sunt ludi & spectacula, & negotia, vel officia, in quibus sine peccato permanere non potest. In quibus tamen existentes, aliqua bona opera facere commonendi sunt, ut sic eos Deus ad pœnitentiam illustret.

Est autē pœnitentia triplex. Quædam enim peragitur ante baptismū ab adultis, quos veterem hominem exuere oportet, priusquam nouum

Rom. 6.
Col. 3.

Matt. 7.

Jacob. 5.

Luc. 17.

LOCORVM COMMVNIVM
induant. Alia post baptismū pro mor-
talibus, alia pro venialibus: quæ etsi
leuia videantur, multiplicata tamen
grauant & opprimunt. Quod tamen
opprimere intelligendum est, nō qua-
tenus venialia manent: sed si interue-
niret contemptus, vel alia mortalis
circumstantia.

Caput 17.

Est' ne secreta confessio ad remissionē
peccatorum necessaria?

Sine secreta seu sacramentali cō-
fessione, regulariter nō sufficit
cordis contritio ad remissionē
peccatorum: quanquam fieri possit,
tanta sit interior pœnitentia, ut pri-
usquam ad sacerdotem venias, iam
Deus peccata remiserit, neque ullam
præterea satisfactionē exigat: sed ne-
mo id temerè de se præsumere debet.

Quare non sufficit soli Deo confi-
teri, modo copia sacerdotis haberi
possit, qui & pœnitentiā imponat, &
absolutionem impendat. Nam satis-
factionis modus, & peccatoris re-
conciliatio, ad ministros Ecclesie
pertinent, quæ sine confessione fieri
non possunt.

Sed & erubescentia in cōfessione,
est mag-

est mag-
bitæ pi-
ctum ei-
bus. Q
dotem
Qu
se, nor
prædi-
nia fac-
quam f-
sionis t-

Igit
pars pc
toris ei-
tis iudi-
telam a-

Vere'

C

sed spi-
scientia
licet ec-
bet rec-
à regne
mento
non ha-
ministi-
vus ce-

M
mor
e et si
men
men
qua
erue
talis

ionē
i cō-
ficit
ionē
ssit,
pri-
iam
lam
ne-
bet.
onfi-
beri
t, &
tis-
re-
esiz
ieri
ne,
ag-

L I B R R IIII.

est magna pars deletionis pœnæ de- Matt. 9.
bitæ pro peccatis. Vnde & leprosis di- Marc. 5.
ctum est, ostenderent se sacerdoti- Jacob. 5.
bus. Quærat autem confitens facer- dotem scientem soluere & ligare.

Quod autem Petrus legitur fleuis Matt. 26.
se, non tamen peccatum confessus, Marc. 14.
prædictis non obstat. Non enim om- Ioan. 22.
nia facta, scriptis mādata sunt, quan-
quam fortasse nondum lege confes-
sionis tenebatur.

Igitur necessaria est oris cōfessio,
pars pœnitentiæ: tum propter pecca- Job. 13.
toris erubescientiam, tum ob sacerdo-
tis iudicium, tum ad futurorum cau-
telam & humilitatem.

Caput 18.

Vere' ne sacerdos peccata remittit?

Claues, quibus regnum cælorū
indignis clauditur, & dignis
aperitur, nō corporales sunt,
sed spirituales, discernendi videlicet
scientia & potestas iudicandi: qua sc̄i
licet ecclesiasticus iudex dignos ha-
bet recipere, & indignos excludere
à regno Dei, id est, Ecclesia & sacra-
mentorum perceptione. Vnde & hoc
non hæreticis præcisis, sed Ecclesiæ
ministris competit. Clauis igitur
v̄sus consistit in discernendo ligan-

H 6 dos &

LOCORVM COMMUNIVM
dos & soluendos, & ligando ligan-
dos, & soluendo soluendos.

Quamvis autem solus Deus ani-
mam intus à peccato purgat & san-
ctificat, dum ei gratuitam iustitiam
infundit, facit tamen hoc per sacer-
dotum ministerium, & per sacra-
menta foris adhibita. Quare ministri sa-
cerdotes nō tantum dicendi sunt re-
mittere peccata, quia declarāt remis-
sa esse: sed quia ministerio eorū Chri-
stus peccata remittit.

Ligare præterea sacerdos dicitur,
dum pœnitentiæ satisfactionem im-
ponit, & soluere dum aliquid de ea-
dem remittit. Item ligare dicitur, dū
contumacem excommunicat, & sol-
uere dum sacramentis restituit.

Per quam excommunicationem,
gratia & Dei protectio homini sub-
trahitur: & excommunicatus sibiipsi
relinquitur, & diabolo potestas in
ipsum datur, nec particeps est præca-
tionum, quæ pro ecclesiastico corpo-
re in Ecclesijs fiunt. Sunt autem hæc
omnia intelligenda, si ad sit recta dis-
cretio, & clavis non erret.

Caput 19.

Omnis ne & soli sacerdotes potesta-
tē habent remittēdi peccata?

Solis

L I B E R IIII.

Solis quidē sacerdotibus per mi-
nisterium episcopi in ordinatio-
ne dant claves: & simul enim cū
ordine sacerdotij, claves recipiuntur.

Num. 6.

De clave tamen scientiæ seu discre-
tionis quibusdam videtur, quod non
omnes eam recipient. Sed hoc pleris-
que non placet, nisi limitatum scili-
cet ad dignam receptionem eiusdem
clavis, quæ, scilicet, est autoritas dis-
cernendi. Nā & illa stare non potest
sine actuali cognitione. Sed & qui sci-
entiam habent, dictam tamen discer-
nendi autoritatem non habent, nisi
ordinati, ergo nec scientiæ clavem.
Igitur claves illas ligandi & soluen-
di sacerdotes omnes, dum ordinan-
tur, accipiunt: sed soli boni eas dignè
habent, & eis dignè vtuntur.

Tamen si autem sancti viri, non sa-
cerdotes, benedicere alijs possint, nō
tamen ea benedictione, quæ est sacer-
dotum: quamvis vero eam cuncti sa-
cerdotes habeant, soli tamē boni ha-
bere dicuntur, quia hi soli rectè ea v-
tuntur. Neque tamen mala quorun-
dam sacerdotum vita bonos lædit,
dum bonam modo ipsorum doctri-
nam sequuntur.

Quod autem Dominus per Ma- Malac. 2.
lach. Maledicam (ait) benedictioni-
bus

H 7 bus

LOCORVM COMMVNIVM
bus vestris, quo ad ipsam sacerdotū
maledictionem, seu quo ad eos, quos
adulando seducunt, intelligi debere
dicit Hieronymus.

In cap. 2.
Malach.

Sacerdos igitur alios soluere vo-
lens & ligare, iustus esse debet in vi-
ta, & discretus in scientia.

Caput 20.

Quousque protenditur pœni-
tentiae tempus?

Matt. 24.

Poenitentiae tempus quidē con-
ceditur peccatori, usque ad ex-
tremum præsentis vitæ termi-
num: sed magnoperè periculose est
eam adeo in longum differre. Adeo
ut D. Augustinus huiusmodi pœnitè-
tiam vix agnoscere videatur: prop-
terea quod rarissimè syncera sit, fe-
rè non ex amore iustitiae, sed gehen-
næ timore procedens. Difficile enim
est in ultimo statu verè pœnitere, pro-
pter multa impedimenta tunc occur-
rentia, mundum scilicet, filios, & ux-
orem, & mortis dolorem, & similia.
Fieri tamen potest, ut & tunc veraci-
ter quis pœniteat atq; saluetur.

Sed absque condigna satisfactio-
ne hinc discedens, acerbissimam pur-
gatorij pœnam se passurum, certum
habeat,

habeat, i-
tritione
ro solua
maturè
in hac v
gatorio
Vnde &
rum ora
pondus
Neq;
ponenda
quam pe
Nequ
ciliatio
quam et
fit, & pri
Hinc
dos simp
absente,
aliás, eo
sicut nec
Denic
tat, nec h
respuend

Rem

Q

L I B R E IIII.
habeat, nisi ob vehementiorem con-
tritionem in hac vita supplicio fu-
ro soluatur. Deniq; & ali; qui etiam
maturè pœnitentes, satisfactionem
in hac vita non expleuerint, in pur-
gatorio quod reliquū est persoluent;

Psal. 50.

Acto. 1.

Vnde & per eleemosynas, & amico-
rum orationes, pœnitentiæ eorum
pondus est relevandum.

Nec morientibus pœnitentia im-
ponenda est, sed indicanda duntaxat,
quam peragant, si conualescant.

Neque vñquam morienti recon-
ciliationē petenti, ea deneganda est,
quam etiam si tunc petere non pos-
sit, & prius eam appetierit, sufficit.

Hinc & à publico crimine sacer-
dos simplex in casu mortis, episcopo
absente, soluere potest: quod tamen
aliās, eo inconsulto, facere nō debet,
sicut nec virgines consecrare.

Deniq; si moriens sacerdotem pe-
tit, nec habere possit, oblatio ipsius
respuenda non est.

Caput 21.

Remittuntur ne & peccata

Quædam peccata, venialia scili-
cet, etiam post hanc vitā qui-
busdam

LOCORVM COMMVNIVM
busdam remittuntur, his scilicet, qui
in hac vita, vt sibi remitterentur, me-
ruerunt: in gratia videlicet deceden-
tes, & in hac vita lignū, fœnum, aut
stipulam super fundamento fidei (se-
cundum Apostolum) ædificantes: hęc
temporalia plus iusto, citra tamen
auersionem à Deo, diligentes.

i. Cor. 13.

*Aug. de
ciuit. Dei,
lib. 2. c. 26.* Nam hi, qui aurum & argentum,
aut lapides preciosos, scilicet charit-
tem Dei & proximi, ac pia opera, ædi-
ficant, etiam ab hoc igne erūt immu-
nes: intelligendo de perfectis in di-
cta dilectione.

Qui quidem ignis etsi transitori-
us sit, grauis tamen admodum est. In
præsenti enim exhibet misericordia:
in futuro vero iustitia exercebitur.

Debent autem in confessione om-
nia detegi, & singula mortalia, quo-
rum quis habet memoriā, prius, sci-
licet legitimè non confessorum: alia
autem in generali sufficit dicere, si-
cut & ipsa venialia, quę & vtraq; per
confessionem generalem remittun-
tur. Cauendum est etiam confitenti,
vt sicut nullum mortale debet scien-
ter suppressere: sic nec confiteatur,
quod non fecit. Neque enim mentien-
dum est in confessione.

Sacerdos quoque omnino caueat,
ne con-

VM
et, qui
ur, me
eden-
n, aut
lei (se-
es: hec
tamen
ntum,
harita
ra, ædi-
mmu-
in di-
sitori-
est. In
ordia:
itur.
ne om
quo-
is, sci-
a : alia
re, si-
q; per
ittun-
tenti,
scien-
eatur,
entien
ueat,
con-

L I B E R I I I I .

ne confitentium ullo modo peccata
prodat.

Confiteri autem debet quisq; pro-
prio suo sacerdoti, nec sacerdos quis
quam alienū, sine pastoris eius con-
sensu, absoluere potest. Excipitur ta-
men necessitatis articulus.

Caput 22.

Redeunt' ne semel remissa peccata?

REdire dicuntur peccata semel 2. Pet. 2o
remissa, si iterato committan-
tur: non quod irrita fiat pric-
rum remissio, sed quod repetita, per
summam ingratitudinem mirum in
modum aggrauentur.

Est autem in actione pœnitentiae
(secundum quesdam) sacramentum
quod fit exterius: res vero ipsius, con-
trito pœnitentis. Secundū alios ve-
ro id quod fit exterius, est sacra-
mentum tantum: contrito vero interior
est res & sacramentum: remissio ve-
ro peccatorum, est res eius tantum.

Caput 23.

Quem fructum habet extremæ
unctionis sacramentum?

VNCTIO extrema sacramentum
est exeuntium de hac vita: & Iac. ulti.
fit oleo ab episcopo consecra-
to, nem.

L
OCORVM COMMVNIVM
to, nempe inter tres vunctiones, qui-
bus vtitur Ecclesia, scilicet chrisma-
tis & catechumenorum, tertia, quæ
dicitur oleum infirmorum.

Quod quidem sacramentum insti-
tutum est ad peccatorum remissio-
nem, contra imminentis mortis hor-
rorem, & satanæ terriculamenta, al-
leuiationem etiam, si expedit, cor-
poralis infirmitatis.

In quo etiam ipsa exterior vñctio
est sacramentum tantum res vero ip-
suis, est interior peccatorū remissio,
& virtutum ampliatio.

Quod etiam sacramentum ex con-
temptu vel negligentia omittere nul-
lus debet, nec etiam reiterare, nisi
morro redeunte.

Caput 24.

Quod est ordinis sacramentum?
Septem sunt ordines ecclesiasti-
ci: Ostiariorum, lectorum, exor-
cistarum, acolythorum, subdia-
conorum, leuitarum, & præsbytero-
rum. Quorum singulorum officia,
quæ sint, & alia ad ipsos pertinentia,
aliunde petenda omittimus.

Hos etiā ordines in semetipso Chri-
stus exhibuit, & ecclesiæ seruādos re-
liquit. Quorū tres vltimi sacri sunt,
nim-

Num. 3.

Acto 3.

M
qui-
sma-
qua-
insti-
ssio-
s hor-
a, al-
cor-
nctio-
ro' ip-
issio,
con-
e nul-
, nisi

ns:
asti-
xor-
odia-
tero-
ucia,
ntia,

Chri-
s re-
unt,
imi-

L I B E R IIII.
nimirum subdiaconatus, diacona-
tus, & præbyteratus: alijs horum col-
latione non sacri.

Est autem ordo sacrum quoddam
signaculum, per quod peculiaris que-
dam potestas tradit ordinato. Hinc *Acto. 6.*
& omnibus his nomen ordinis con-
uenit. Et quia in omnibus sacramen-
tum significatur, ideo & omnes hoc
respectu sacri dicuntur. *1 Tim. 3.*
Ezech. 33.

Sunt insuper & alia nomina digni-
tatum, seu officiorum, quæ non sunt
ordinum, ut pontificatus & episco-
pus, quæ & vltierius distinguuntur,

Debent autem assecuti ordines ec-
clesiasticos, conari, ut vita dignitati
respondeat, ut plebs ex eis proficiat,
& illis sponte obtemperet, à quibus
saceramenta percipit, & missarum so-
lennia audit.

Missa autem hinc appellata est, quod
diaconus missos faciens præsentes,
dicat: Ite, missa est. Hinc missa cate-
chumenorum & fidelium.

Caput 25.
Potest ne ab hereticis seu scismaticis
tradi ordinis sacramentum?

A Nab hereticis tradi vel accipi
possit ordinis sacramentum,
diuersæ sunt autorum senten-
tiae.

L E C O R V M C O M M V N I V M
tiæ Retinenda est ea, ratum esse pos-
se, si quidem seruent ecclesiæ formâ,
quamvis hoc in suâ faciunt pernicië.

Autoritates autem quæ dicere vi-
dentur, sacramenta ab hæreticis ac-
cepta falsa & inania esse. Intelligun-
tur quo ad effectum gratiæ inde con-
sequendum.

Ado. 8. Qui autem pro ordinum collatio-
4. Reg. 5. ne aliquid dant vel accipiunt, symo-
niaci dicuntur, & utrique veniunt
paniendi. Veruntamen qui ignoran-
ter à symoniaci ordinantur, tolera-
ri possunt: scienter autem ab eis ordi-
natorum consecratio irrita habetur.

Est autem triplex symoniacæ hæ-
refis species, in ordinatione. Quidam
enim symoniaci à symoniaci symo-
niacè ordinantur: alii symoniaci symo-
niaci, sed non à symoniaci: tertii
vero non symoniaci, à symoniaci.
Et hi tolerari possunt, dummodo ig-
noranter hoc fecerint. Quod etiam
dicitur à symoniaci ordinatos dam-
nari, intelligitur nisi violenter quis
ordinetur.

Porro in subdiaconum ante an-
num decimum quartum non debet
quis ordinari: in diaconum non an-
te vigintiquinque: in præsbyterum
autem non ante triginta. Quæ tamen
hodie

hodie
vigescit
accessus

Cur'?

M

Irandam
ad cau-

Fuit
cessita-
no mu-
hæc pr
ra vero

Qui
sentien-
tamen
appro-
commi-

Sig-
conium

Que
sensum
ctum e-
ciat sig-

L I B E R IIII.

hodie moderata sunt: ut anno ætatis
vigesimo quinto ad præsbyterium
accessus sit.

Caput 26.

Cur nam institutum est matrimo-
nij sacramentum?

Matrimonij sacramentum in Gen. 2:26
paradiso, ante peccatum pri-
mo institutum est, ad gene-
randam prolem. Nunc vero est etiam
ad cauendi criminis remedium.

Fuit præterea prior institutio ne-
cessitatis. At ista (genere iam huma-
no multiplicato) est voluntatis. Ad-
hæc prior facta est in paradiso, alte-
ra vero extra paradisum.

Quidam autem hæretici perniciose
sentientes, nuptias cōdemnant, cūm Ioan. 2.
tamen & Christus præsentia nuptias Matt. 14.
approbauerit, & easdem Apostolus 1. Cor. 7.
commendauerit.

Significat autem hoc sacramentū
coniunctionem Christi cum ecclesia.

Quod etiam per animorum con-
sensum absque copula carnali perfe-
ctum est, quamvis sic à perfecta des-
ciat significatione.

Caput 27.

Quid

LOCORVM COMMVNIVM

Quid est, & quomodo contra-
hitur matrimonium?

CVM matrimonij sit viri & mu-
tieris maritalis coniunctio in-
ter personas legitimas, indi-
duam retinens vitae consuetudinem:
ideo coniuges sine consensu mutuo
non separantur, nec unus sine altero
continentiam vovere potest, sed de-
bitum coniugi reddere tenetur.

Fit autem matrimonium consen-
su, qui per verba de praesenti expro-
matur, etiam si copula carnalis non
interueniat.

Estque differentia inter sponsalia &
matrimonium, quod sponsus etiam
inuita sponsa monasterium ingredi
possit, & contraria: non autem matri-
monio per congressum consumma-
to. Quamuis & sponsi coniuges quan-
doque dicantur. Quod si sponsalia cum
vidua cōtrahantur, bigamia per hoc
non inducitur.

Caput 28.

Efficit ne coniugium consensus
de futuro accedente iu-
ramento?

Consen-

Consensus de futuro, matrimonium non facit, etiam si iuramento firmatus fuerit, quum per huiusmodi iuramentum fiat confirmatio, non de facto, sed futuro. Hinc si alter contrahentum, ad aliā copulam transferit, dissoluta est promissio prior.

Lex autem quæ aliud dicere videatur, intelligenda est, si verba de praesenti interuenerint, aut quod futurū sit matrimonium.

Tradi autem parentibus sponsam, & a sacerdote benedici, de sacramenti substantia non sunt, sed ad quandam ipsius pertinent solennitatem & honestatem.

Consensus etiam occulte per verba de praesenti expressus, matrimonium in conscientia perficit. Quamuis in ecclesiæ iudicio verba illa non cogant, cum testimonium desit.

Debet autem matrimonialis consensus esse in coiugalem societatem, quapropter mulier ex latere viri sumpta scribitur. Vnde & inter fratrem & sororem cohabitantes, matrimonium non est: fuit autem inter Virginem & Joseph.

Caput 29.

Facit ne

LOCORVM COMMVNIVM

Facit ne matrimonium consensus uiolenta coactione extortus?

Consensus per coactionem extortus, matrimonium non facit: nec consensus appellandus est, qui vi extorquetur. Veruntamen si post huiusmodi coactionem liber consensus superuenerit, utpote si simul cohabitent, & non reclament, consensus iam liber factus videtur, & priorem defectum emendare. Debet autem consensus esse liber, non solum in nuptiis, sed & in sponsalibus.

Dicitur etiam ille consentire, qui manifeste & evidenter non contradicit. Vnde & sponsalia talis consensus confirmare dicitur.

Caput 30.

Quis error matrimonium redat invalidum?

1. Cor. ii.
Gene. 29.

Matrimonii error dissoluit, non quidem omnis, sed qui conditionis est seruilis a personae: non autem ille qui est qualitatis, ut probitatis aut pulchritudinis, aut fortunae. s. diuitiarum.

De consensu autem in matrimonium Mariæ & Ioseph, sentiendum, quod

LIBER IIII.

quod virgo proposuerat seruare virginitatem, nisi Deus aliter reuelaret, & sine voto expresso in societate matrimoniale seu coniugalem consensit ex consilio familiari spiritus sancti. Postea vero una cum Ioseph votum expressit, fuitque inter eos coniugium perfectum sanctitate, licet non ita significatione, quia sine copula carnali.

Sunt autem multæ causæ, cur matrimonium ferè contrahatur. Quædam ^{1. Cor. 7.} principales, ut proliis procreatio, & fornicationis vitatio. Quædam etiam sunt minus honestæ, ut diuina & pulchritudo: Et aliæ honestæ, ^{Deut. 21.} ut pax & reconciliatio.

Nec tamen dictæ causæ minus honestæ matrimonium impediunt, eo ^{Matt. 1.} quod malitia cōtrahentis sacramentum non maculat.

Fuerunt autem & peculiares causæ contractus inter Virginem & Ioseph, ut scilicet virgo solatum haberet, & sustentamentum: partus autem virginicus diabolo celaret, & Ioseph testis esset castitatis coniugis suæ.

Caput 31.

Quæ sunt matrimonij bona?

I Tria

VM
us uio
em ex
non fa
landus
tamen
n liber
te si si
ment,
detur,
re. De
, nō so
libus.
re, qui
ontra
oncen
red=
soluit,
sed qui
lis aut
t quali
ritudi
rimo
ndum,
quod

LOCORVM COMMVNIVM

Tria sunt matrimonij bona, scilicet fides inuicem seruanda & proles suscipienda ac sancte educanda, & sacramentum de matrimonij societate non dissoluenda, etiam si corporalis fiat disiunctio.

Neque hoc tertium deficit in matrimonio, etiam si prima duo deficerre contingat.

Coniuges tamen, qui prolem nolunt, sed sterilitatem procurant, potius fornicarii iudicandi sunt: & si fœtus tunc animatus fuerit, sunt homicidæ.

Dicta autem bona sic matrimonij actum ordinant, ut si fiat causa prolis, peccatum non sit, aut certè sit non mortale, ut cum seruata fide thori conueniunt causa incontinentiae.

I. Cor. 7. Atq[ue] hoc est, quod Apostolus conjugibus secundum veniam indulget.

Nec est contra prædicta, quod cōcupiscentia semper mala est. Planè enim malū pœnæ, & non p[ro]tinus culpæ est, nisi vt dictū est. Gregorius autem ab ingressu Ecclesiæ prohibet post accessum ad vxorem, eū tantum, qui hoc agit incontinentię causa, vel quia rāgo sit sine huiusmodi cōcupiscentia.

Aug. an glorū epi.

Caput 32.

Sunt'ae

M
a, sci
da &
cte e-
natri-
a, eti-

n ma-
efice-

n no-
t, po-
: & si
nt ho-

monis
pro-
it non
thori
iæ.
s con-
ulget.
d cō-
anè e-
culpæ
nūt ab
acces-
i hoc
ia ra-
ntia.

nt'ae

L I B E R IIII.

Sunt'ne in opere coniugali pares
inter se maritus & uxori

QUAMVIS in alijs vir mulieri
orēsit, est, sicut caput corpori, 1. Cor. II.
tamē in redditione debiti ius Rom. 7.
est eis & quale, adeo ut licet præter
causam proliis mulier debitum pos-
cat, vir ei reddere teneatur, & cōtrā:
Et neuter, etiam ad continendum suū
corporis potestatem habet, nisi con-
sensu communi.

Attamen licet peccati non sit, de-
bitum reddere, exigere tamen ultra
generandi necessitatem, veniale est,
mōchari vero, criminale.

Quod si vir vxori consentiat, ut 1. Cor. 7.
Deo continentiae votum offerat, ta- Ne teneat
men reuocet priusquam mulier vo- uos satia-
tum impleat, reuocatum est: non au- mas.
tem, si iam fuerit impletum.

Quamvis autem petenti debitum
reddi debeat, sunt tamen dies, in qui
bus hoc ipsum petere non licet.

Quod autem Hier. aliter dicere videſ,
de Ecclesiæ ministris accipiendū est.

Sunt & tēpora, in quibus nuptiæ
celebrari debet, ut à septuagesima
vſq; ad octauā paſchæ, à diebus roga-
tionū vſq; ad octauam pētecostes: Itē
ab aduentu vſq; post Epiphaniam.

I 2 Caput

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 33.

Fuit' ne ueterum poligamia
sine peccato?

Gene. 2.

In mundi quidem exordio unus
vnam habuit vxorē, quod & ob-
seruatum esset, si primi parentes
non cecidissent. Nam inter filios eo-
rum & filias unus vni coniungeba-
tur, cum nec aliæ essent mulieres. La-
mech vero primus legitur duas ha-
buisse uxores: & quidem reprehensi-
biliter, quia carnaliter. Quia tamen
processu temporis omnes penè ad ido-
la declinabant, diuinitus consultum
est, patres plures ducere, ne Dei cul-
tus & notitia piorum paucitate des-
ceret. Vnde & maledicta in lege steri-
lis habebatur.

Hinc etiā non imparis meriti æsti-
matur castitas coniugalis Abrahæ, &
castitas virginalis Ioannis. cum vtra
que Deo pro tempore militauerit.

Nec patres fidē thori per hoc vio-
lārunt, quum Deo volente, plures ha-
bebant uxores: quia suis fidem serua-
bant. Sub lege etiam de coniugio ma-
gis expressum fuit.

Gene. 30.

Leui. 18.

Dcui. 24.

In nona autem lege fecunditati
Galat. 4. virginitas prefertur: & sacerdotibus
castitas

castitas indicitur, eo quod per totū mundū fides iam sit publicata.

Caput 34.

Quae personæ legitimæ sunt ad contrahendum matrimonium?

Ad contrahendum matrimonium quædam personæ sunt plenè legitimæ s. sine omni impedimento: quædam autem ex toto illegitimæ, vt habentes impedimentum ordinis sacerdotalis aut huiusmodi: quædam vero medio modo se habent, aliter tamē nunc quam olim, vt quibus obstat frigiditas vel cognatio.

Quod si quis causa frigiditatis debitum reddere non potest si utrisque placet, simul manere possunt: Quod si mulier vult esse mater, & nunquam cōuenierunt, & hoc legitimè probet, contrahere cum alio permittitur, nisi & ipsa sit inhabilis.

Quod si ex maleficio impediatur, pœnitentia de peccatis suis, & per execrabilis Ecclesiæ restituatur: per quos si non liberetur, potest alteri nubere, iudicio Ecclesiæ interueniente: ubi si conualuerit, non potest ad priorem redire, nisi Ecclesiæ iudicio.

I 3 Furiosi

LOCORVM COMMVNIVM

Furiosi etiā & amentes, quamdiu tales permanēt, contrahere nō possunt
Sed & ille, qui cū sorore vxoris suę dormit, neutrā illarū habere debet:
& vterq; fine spe cōiugij remanebit.

Aug. in lib. de ser. Domini in lio esse debet.

monit.

Caput 35.

Qua de causa, & quomodo per-
missum in Euangelio
diuortium?

Matt. 16,

VXorem vir dimittere potest propter adulterium, & hoc si ipse similī criminē pollutus non sit Quod si vterqueus sit, neuter propter hoc alterum potest dimittere.

Si vero propter adulterium ynius separati fuerint, neuter alij copulatur, altero superstite, possunt autem inuicem reconciliari.

Quod si vir adulteram pénitentiam non agentem retineat, criminis particeps videtur: Repulsam tamen etiam & pénitentem reconciliare sibi poterit, nisi sāpē recidat.

Nec potest quis yxorēducere eam,
quam

quā prius per adulteriū polluit, si ipsa machinata sit in mortē prioris mariti: & alter alteri, adhuc priore mari to viuente, fidē deducendo dederit.

Caput 36.

*Quando personae conditio irritum
facit matrimonij contractum?*

Mulier libera seruum ducere potest: similiter & vir ingenuus, ancillam. Quod si liber de liberitate alterius constitit, fixū erit matrimonium: sin autem deceperat, dimittere potest quam duxerat, simulatque sit certior factus.

Potest & esse coniugium inter vi rum & mulierē, si ambo seruiliſ ſint cōditionis, dummodo volūtas domi norū utriusq; accesserit: imo ſecundū quosdā dominis etiā diſſentientib⁹.

At ſi coniunx liber seruum ſe fecerit præter coniugis ſuę cōſensum, per hoc nec separabuntur, nec ipsa ſerua efficitur.

Matrimonium etiam contrahi nō potest, niſi masculus decimumquar tum habeat annum, & puella duodecimū: aliás separari poſſunt, quamuis ex cōſensu parentum id factū ſit. At ſi poſt diſcretionis annos volue-

Matt. 14.

I 4 rint

LOCORVM COMMVNIVM
rint simul manere, possunt: Ante sep-
tennium tamen nec sponsalia contra-
hi possunt, cum contrahentes saltem
intelligere habeant, quid agatur.

Caput 37.

Qui nam ordines sacri matrimonio
præstant impedimentum?

IN ordinibus sacris s. subdiacona-
tu, diaconatu, & presbyterio con-
stitutus, coniugium nequaquam
contrahere potest: & si de facto con-
trahat, nullum est, & dirimitur. In a-
lijs vero ordinibus contrahi permit-
titur coniugium, nisi religionis habi-
tum sumpserint ordinati, vel conti-
nentiæ votum emiserint.

Interdicitur etiā coniugium uxo-
rum suarum occisoribus, qui & pœ-
nitentiā agere cōpelluntur, aut si no-
lent, spirituali gladio feriendi sunt.

Caput 38.

Quod uotum matrimonium red-
dit illicitum?

VO tum (quod quandoque ma-
trimonium impedit, quando
que etiam dirimit) est quædā
spontaneæ promissionis testificatio:
quæ de his, quæ Dei sunt, propriètie-
tate.

L I B E R IIII.

ri debet. Hinc vota fatua irritanda sunt, nec vota censenda.

Et est votum multiplex, s. commu-
ne & singulare, simplex & solenne.
Inter quæ votum simplex seu priua-
tum continentia, matrimonium im-
pedit contrahendum. Solenne autem
continentia votum, quod s. in facie
fit Ecclesiæ, per facri ordinis suscep-
tionem vel professionem religionis
approbatæ solennizatum, dirimit e-
tiam contractum. Nam quod antè li-
citum fuit, post votum fit illicitum.
Quod si tales contrahunt, ab ecclesiæ
ingressu arcendi sunt, quo usque hu- Rom. i.
miler satisfaciāt. Quomodo etiam Epist. ad
intelligendus est loqui Innocentius. Victorium

Quamvis autem adulterium gra-
ue peccatum sit, grauius tamē est in-
cestus: quod fit contra naturam, gra-
uissimum.

Mulier etiam, quæ maritum pro-
cul agentem mortuum putās, alium
ducit: eo redeunte, ad ipsum redire
debet alio dimisso, quæ si nolit, ex-
communicanda est.

Qui vero uxore dimissa secedit, &
aliam ducit, & post ductus peniten-
tia vult secundam dimittere, afferens
se aliam habere, nec tamen permitti-
tur, Ecclesia scilicet nō credente, per

I 5 obedi-

LOCORVM COMMVNIVM
obedientiam quidē & timorem iam
Hug. 4. incipit excusari: & debitum penitus
sent. ca. 4. reddere potest mulier illi, quæ. s. per
ignorantiam excusatur, sed petere
non debet: sic quidam. Sed melior est
aliorum sententia, quod ne reddere
quidem illi debitum possit.

Caput 39.

*Impedit'ne matrimonium di-
sparitas cultus?*

Exod. 24.

Deut. 7.

Exod. 10.

1 Cor. 7.

Auc. in

lib. de a-

dult. con-

iung. lib. 1.

cap. 18.

1. Cor. 7.

A Personis diuersarum religio-
num vt Christiano, & homi-
ne Iudaicæ superstitionis, ma-
trimonium contrahi nō potest, cū
dispar cultus faciat personas ad con-
trahendum illegitimas.

Nec est contra hoc Apostolus, qui
scilicet de his loquitur, qui dum con-
traxerant, ambo fuerunt infideles.
Quamuis autem dimittere possit si-
delis infidelem, etiam cohabitare vo-
lente, suadet tamē Apostolus ipse,
quod si de infidelibus coniugibus v-
nus ad fidem conuerteret, & alter cū
eo habitare citra iniuriam consentit
creatoris, ne ipsum dimitat: quia
forte per eum similiter conuertetur.

Potest autem & coniunx coniugē
propter alias concupiscentias, quæ
animam

L I B E R . I I I I .

animam à Deo aberrare faciunt, di-
mittere. Quia si infidelis sua sponte
discedat, aliam ducere fidelis potest,
nec sequi eam tenetur, quum ambo
infideles existentes, iuncti fuerint. Si
ambo iuncti fuerint fideles, si vnuus
infidelis fiat: alter eam dimittere po-
test: sed aliam, illa viuente, ducere
non potest.

Amb. ad
Hilariū.

Ratum est enim coniugium fide-
lium, non autem infidelium: quia sol-
ui potest, nec habet illud triplex bo-
num, quod matrimonij actum à pec-
cato excusat: nec meretur præmium,
quia ex fide non est.

Aug. in
serm. domi

Caput 40.

Intra quos consanguinitatis gradus
consistere nequit matrimonium?

Cum & cognatio & affinitas ma-
trimonium impedian, in hoc
capite de carnali videndū est,
dehinc etiam de spirituali. Olim ob-
servatum est, ut ad septimum usque
gradum cognatio matrimonium im-
pediret, quod ex doctorum veterum
autoritatibus liquet, quamvis aliter
Isidorus, & alii quidā inueniant gra-
dus illos quo ad truncū computare.

Quod autem Grego. genti Anglo
rum

I 6 rum

LOCORVM COMMVNIVM
rum in quarto, & in quinto gradibus contrahere concessit, ad tempus
hoc fieri voluit, cum nouelli adhuc
essent in fide. Quanquam hodie ex moderacione Ecclesiæ vniuersaliter in
quinto gradu & supra, inter perso-
nas alias legitimas contrahi potest:
& truncus incipit à patre.

Caput 41.

Quoto affinitatis gradu contrahi
potest matrimonium?

Gent. 2.

Affinitas (quæ & ipsa matrimonium impedit) est parentela,
quæ ad virum pertinet ex parte uxoris, & contraria: eo quod vir &
eius uxor, una caro dicuntur. Sic ergo vir & soror uxoris eius sunt in
primo affinitatis gradu: filii vero uxoris in secundo gradu, & sic conse-
quenter.

Et illa olim impediebat usque ad septimum gradum: hodie vero tantum
usque ad quartum gradum inclusum impedit, modificante haec Ecclesia.

Manet autem ipsa affinitas, etiam matrimonio transeunte, ita ut impe-
diat contractus prohibitos æquè ut prius, eo quod vir & mulier, iuxta
verbum Dei, sunt duo in carne una.

Vnde

Matte. 19.

M
radis
mpus
adhuc
x mo-
ter in
erso-
otest:

ahi

rimo
itela,
x par
vir &
ic er-
nt in
rō vx
onse-
cg ad
antū
ē im-

tiam
mpe-
ac è vt
uxta
vna.
nde

L I B E R III.

Vnde & contra prædicta coniunctos,
Ecclesia separat.

Si tamē ignoranter coniuncti fue-
runt, filij eorum legitimi habentur.

Notandum, quod licet fornicatio
sit omnis coitus extra coniugem, pro-
priè tamen est meretricum, viduarium
& concubinarum. Stuprum vero est,
virginum defloratio illicita. Adulter-
rium, alieni thori violatio. Incœstus,
consanguinearum vel affinum abu-
sus. Raptus autem, violenta eductio
puellæ de domo patris, ut ea corrup-
ta in uxorem habeatur, siue ipsi, siue
parenti illa fiat violentia, quod qui-
dem morte punitur.

Sunt quoq; notanda quædam no-
mina huc pertinentia, scilicet, fratribus
sa.i. vxor fratri, leuir.i. mariti fra-
ter. Glos.i. viri soror. Ianitrices, sunt
duorum fratrum uxores.

Caput 42.

Quæ spiritualis cognatio ma-
trimonium impedit?

Intra ea, quæ matrimonium im-
pediunt, est etiam spiritualis cog-
natio seu propinquitas, quæ tan-
tum inter suscipientem baptizatum
de baptismo, & baptizatum, & illius
I 7 patrem.

ZOCORVM COMMVNIVM
patrem & matrem: nec nō inter bap-
tizantem & baptizatum, baptizatiq;
patrem & matrem contrahitur. Post
decreta Concilij Tridentini.

Hæc ergo matri iunctum impedit:
si tales fuerint iuncti, separandi sunt.

Si tamen post legitimum matri-
monium aliquis ut ab uxore sepa-
ri posset, filium sibi leuaret, vel bap-
tizaret, per hoc separandus non est,
sed pœnitentiam agat.

Autoritates vero, quæ eum sepa-
randum dicunt, intelligendæ sunt de
his, qui filios suos leuant ante cōtra-
ctum coniugium, vel solum ad terro-
rem loquantur.

Filiū quoq; alicui⁹ naturalis & spi-
ritualis matrimonio iungi non pos-
sunt, siue ante vel post cognationem
spiritualem nati sint: & hoc, quo ad
eos per quos ad cōpaternitatem de-
uentum est, non item de aliis.

Nec uxoris suæ commatrem ali-
quis post eius mortem ducere potest.

Nec vir & uxor puerum simul le-
uare debent.

Per hæc autem bigamia, vel triga-
mia non est, quamvis à sacerdotio
prohibeat.

Caput 43.
Certo'ne

V M
r bap-
izatiq
r. Post

impedit:
di sunt,
matri-
separa-
el bap-
on est,

n sepa-
tunt de
cōtra-
d terro

s & spi
n pos-
itionem
quo ad
em de-

m ali-
potest.
null le-

I triga
rdotio

rto 'ne

L I B E R IIII.

Certo'ne futura est omnium

Resurrectio?

NVllus fidelium dubitare per-
mittitur, omenes qui & nati *Isai. 26.*
sunt, & nascentur, & qui mor- *1. Thes. 4.*
tui sunt, & morientur, diuina virtu- *Psal. 67.*
te in die nouissimo resurrecturos ad *Ioan. 5.*
tubam Christi.

Per quam aliquid euidens & pre- *1. Cor. 15.*
clarum signum intelligitur: & quan- *Matt. 25.*
doque vox vel filii Dei, vel archange *1. Thes. 5.*
li appellatur. *Exod. 12.*

Fiet autem hoc media nocte, non *Daniel. 7.*
quo ad tempus, sed quia occulte, quan- *Matt. 10.*
do scilicet non putatur. Et conscienc- *1. Cor. 4.*
iarum libri aperientur: quod tamen
bonis non in tristitiam cædet, sed in
gaudium & gratiarum actionem.

Quorum etiam peccata per poeni-
tentiam hic deleta, secundū quosdam
alijs non patebunt: sed maiorum sce-
lera omnibus sicut manifesta.

An vero aliqui sine morte ad iudi-
cium venturi sint, quamuis dubium
videatur, pars tamen negativa scri-
ptris magis appetit conformis.

Quamuis etiam omnes resurgent *1. Cor. 15.*
incorrupti, quia membris integri:
non tamen omnes impassibiles, quia
hoc in damnatis locum non habet.

Caput

LOCORVM COMMVNIVM

Caput 44.

Quæ nam erit resurgentium
ætas & statura?

IN perfecta quidem ætate, scilicet iuuenili, omnes resurgent. At non in eadem statura, sed in ea quilibet, quā vel habuit, vel habuisset, si ad perfectam, non impeditus, peruenisset ætatem.

Omnis quoque generaliter resurgent omnibus membris integri, quo cunque materia corporum prius fuerit dispersa, ita videlicet, ut tota humani corporis materia toti illi corpori sit reddenda: quemadmodum in statua contrita, & ex eadem materia restituta, aduerti potest. Hoc tamen dissimili fiet qualitate in corporibus bonorum & malorum. Nempe bonorum corpora dotada sunt dotibus gloriæ: malorum vero corpora absque his, æternis ignibus tradenda. Quæ etiam an cum deformitatibus surrecta sint. Augustinus sub dubio reliquit, nec patauit debere nos hac de re esse sollicitos, cum de eorum dem certa constet damnatione.

De abortiis, quod resurgent, assertendum est, si ynquam anima vixerint

Luc. 21.

Matt. 13

Enchir.
cap. 90.

Matt. 25.

rintrationali. Quę & tūc sicut & mōstra, à monstrosite sunt emēdanda.

Caput 45.

Possunt' ne defunctorum animæ uiuentium pietate releuari?

STatim post mortē corporalem animæ pro meritis, in locis sibi deputatis, præmia sua, vel pœnas accipiunt, quæ tamen post iudicij diem augebuntur, corpore scilicet resumpto.

In quibus vero purgandum adhuc aliquid restat, priusquam ad dei conspectum admitti queant, iuuari poterunt per Ecclesiæ suffragia, hi s. qui in præsenti vita, ut iuuarentur, meruerunt, quilibet pro modo suo.

Quamvis autem pompæ funerales magis sint ad viuorū solatia, decentem tamen curam defunctis exhibere laudabile est.

Quod si pro diuite multa sicut suffragia, pro paupere vero pauca, vel tantum generalia, proderūt quidem cæteris paribus utrique in hoc pariter, quod non profundit diuiti ad plenioram liberationem, benè tamē ad celeriorem.

Hi autem, quos finis mundi deprehendet,

ZOCORVM COMMVNIVM
hendet, per ignem conflagrationis &
sanctorum orationes purgabuntur.

Orationes etiam nostras angeli,
Deo qui omnia prænouit, offerre di-
cuntur, quando quid agendū sit, per-
cipiunt: quas quoque sancti cognos-
cunt, quantum ad eorū pertinet gau-
dium, & nostrum auxilium.

Caput 46.

Nulla ne continget damnatis pœ-
narum mitigatio?

Iacob 2.

Psal. 7.

Psal. 100.

Rom. 11.

Psal. 15.

Psal. 24.

Non obstantibus quibusdam
autoritatibus, si recte intelli-
gantur, dicendum est, quod
circa damnatos est aliqua Dei mis-
ericordia in eorum punitione, non ta-
men sic ut à peccatis vel damnatione
idcirco absoluantur.

Cum autem misericordia Dei &
iustitia sint idem, tamen propter di-
uersam de Deo nostram conceptio-
nem seu effectū Dei, aliqua ipsius ope-
ra misericordiae, aliqua vero iustitiae
attribuuntur. Qui & nunc occulte in-
dicans s. purgando, cōuertendo, vel
exercando, tandem manifeste iudica-
bit. Cuius quoq; iudicia, circa res om-
nes dispositio quandoq; vocatur.

Quod etiam psalmista dicit, uni-
versas

V M
tionis &
buntur.
angeli,
ferre di-
sit, per-
cognos-
net gaw

is pœ

busdam
e intelli-
t, quod
i mise-
, non ta-
natione

Dei &
pter di-
ceptio-
suis ope
iustitiae
cultè iu-
do, vel
e judica-
res om-
tur.
t, vni-
uersas

L I B E R . I I I I .

uersas vias Domini misericordiam esse & veritatem, intelligi potest duplex aduentus ipsius: quorum unus respicit misericordiam, alter iustitiam. Vel quia eius dono bona facimus & mala declinamus.

Quæ etiā misericordia videlicet & iustitia, in omnibus Dei reperiuntur operibus: secundum aliquos qui dem secundum essentiam, non autem secundum effectum: secundum alios autem, etiam secundum effectum vel signū, & hoc vel occulte vel aperte.

Caput 47.

Quomodo proferetur extremi
iudicij sententia?

AN vocaliter, an mentaliter tan *Mate. 25.*
tum iudicij extremi sententia *1. Cor. 15.*
proferenda sit, non est perspicuec in scripturis explicatum.

Cum Christo tamen perfecti secundum scripturas, certo iudicabuntur. Quod quidem per sedes duodecim, quas ipse dicit, significatur.

Erunt autem in iudicio ordines qua *Ioan. 1.*
tuor. Nam quidam iudicabuntur, & per *Jacob. 2.*
ribunt, ut impie Christiani: alii vero
peribunt, sed non iudicabuntur, ut *Matt. 13.*
infideles: alii autem iudicabuntur & *Psal. 44.*
salua-

LOCORVM COMMVNIVM
saluabuntur, decedētes scilicet in pœnitentia: alij quoq; sine iudicio tunc saluabuntur, ut perfecti in hac vita.

Congregabuntur autem iudicandi ad iudicium angelico ministerio, purgatione mundi per conflagrationem ignis iam cōpleta. Et electi quidem in aëre, reprobi autem in terra: ut demum vltima à iudice proferatur sententia.

An vero reprobi post iudicium à dæmonibus puniendi sint, an non, diuersimodè loquuntur diuersi: negativa tamen probabilius videtur.

Caput 48.

Qua forma uenturus est Christus ad iudicium?

Ezai. 26.

IN forma quidem humana Christus tam bonis quam malis gloriosus in iudicio apparebit, secundum quod & autoritates, quæ Christo iudicium attribuunt sunt intelligendæ. Nec sine patre, & spiritu sancto iudicium exercebit.

*Aug. su.
Ioan. tra-
ctat. 23.* Erit autem iustis illa apparitio magna voluptati, at terrori malis, qui nec ynquam Christi videre poterunt diuinitatem.

Virtu-

Virtus
citabit
Christi
in hac
ruit, est
De co-
pturis
Tunc
te iudic
angelic
uebunt
ante iu-
clarius
motum
nebunt
decorer

Aeq

EX
colum
sic tam
liter g
hi in ist
dus qu
Qua
beatitu

M
n pœ
tunc
vita.
ican-
terio,
atio-
i qui-
terra:
fera-
um à
on, di
egati

i-

Chri-
glo-
, sed
cun-
Chri-
telli-
san-
mag-
, qui
terüt
irtu-

LIBER IIII.

Virtute etiam diuinitatis ipse sus-
citabit mortuos, quod eam ob rem
Christi humanitati tribuitur, quia
in hac resurrectionem nostram me-
ravit, estq; causa exemplaris ipsius.

De certo iudicij loco nihil ex scri-
pturis habemus.

Tunc autem sol & luna à clarita-
te iudicis obscurabuntur, & virtutes Matt. 24.
angelicæ admiratione quadam mo 1. Thess. 3.
uebuntur. Obscurabuntur autem &
ante iudicium, post iudicium vero
clariss lucebunt. Et quidem quo ad Iob. 26.
motum cessabunt: semper tamen ma Iob. 3.
nebunt ad Dei gloriam, & yniuersi Esai. 30.
decorem.

Caput 49.

Aequales' ne omnes futuri sunt,
in præmio aut pñnd?

Exacto iudicio, duæ ciuitates s.
Christi & diaboli fines suos ha-
bebunt: illa quidem in gloria
columinabitur: ista vero in miseria,
sic tamen ut in illa, non omnes equa-
liter gloriam participent, sicut nec
hi in ista pœnam, sed utrobique gra-
dus quidam erunt.

Quamuis autem omnes homines
beatitudinem appetant, nō tamen in
codem

LOCORVM COMMVNIVM
eodem omnes eam quærunt. Neque
enim est vera beatitudinis ratio, ha-
bere id q̄ delectat, sed habere quod
velis, & nihil male velle.

*Aug.de
Trini.lib.
13.cap.4.* Quamuis etiam omnes Deum cog-
noscent, tamē in modo cognoscendi
est gradus seu differentia. Eoq; vnuſ
alio beatior fit.

Nam etsi gaudium æquale sit om-
nium, in quibus gaudent, non tamen
omnium est æquè magnum gaudiū
& beatitudo.

Quę etiam post iudicium indubie
maior erit, quia maius gaudium at-
que cognitio maior.

Caput 50.

Peccant'ne damnati in inferno?

IN damnatis quidem mala volun-
tas perseverat, ea tamen non est
peccatū, sed magis peccati pœna,
eo quod suuſ extra statū merendi: si-
cuti & bonis in gloriā cedit, quod vo-
luntatem habent in bono firmatam.

In tenebris quoque exterioribus
mali fore dicuntur, eo quod à visio-
ne dei penitus sīnt exclusi, tum ob vo-
luntatis malitiam, tum etiam ex ob-
liuione à grāuitate pœnarum cau-
ta: hoc tamen plus erit post iudicium
quam antē.

Eth

Etsi
notis H
agunt
Qu
pœnā
Christ
mē des
Vid
liysqu
magni
Pot
risunt
passio
propte
tem.
Nec
minui
quam
perdu
Iude
P

V M
Neque
io, ha-
e quod
am cog
oscendi
g vnu
it om-
tamen
gaudiū
ndubie
um at-

no?
volun
on est
ocena,
di: si-
od vo
atam.
ribus
visio-
ob vo
xob-
aufa-
cium

Etsi

L I B E R IIII.

Etsi autem curam aliquam de suis
notis habeant, tamen quæ in mundo
aguntur, ignorant.

Qui & in locis corporalibus ad
pœnā detineri possunt, vt de Diuite, *Luc. 16.*
Christo narrante, apparet: cuius ta-
mē descriptio difficilis est intellectu.

Vident autē se mutuo boni & ma-
lijsque ad iudicij diem, quamuis per
magnum chaos diuisi sint.

Postea vero' etsi boni malos visu-
ri sunt, nō tamen contrā. Nec ad com-
passionem boni per hoc mouentur,
propter perfectam eorum voluntä-
tem.

Neg̃ vero' per hoc gloria eorum
minuitur, sed interim augetur. Ad *Hier. 50.*
quam beatorum perennem gloriam
perducere nos dignetur futuri seculi

Iudex, Christus Iesus, cui cum
Patre & Spiritu sancto ho-
nor & gloria in secu-
la seculorum,


A M E N.

Societ̃ Iesu Paderborna:

F I N I S.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1099
1100



*Scritto
De institu-
tione Sacrae
Scripturae
ad fidem et*

Logion

Th

2383